

plio auditione, vel domi lectione ac quadragenarias quidem immunes esse patiebatur, majorem enim dicebat esse pudorem, si doctrinae christianae adultae obliviscerentur, quam si illi publice interessent. Religionem omni cum reverentia observabat, nec unquam de sacris leviter loqui auditus est, popularium suorum exactum undique probi Christiani exemplar, in quibus, si quid superstitiosis observaret, acriter reprehenderat, argumentis tamen additis, quae meliora edocerent.

Quod si jam Kolinovicium penes litteras consideremus, tum vero illum suo in elemento versari videbimus. In scribendo quidem pauci illi comparari possunt, nullus forte praeferrri, siue promptitudinem spectemus, seu patientiam; Specimina hujus tam frequentia, tam luculenta, dedit, ut ea merito memorabilibus vitae illius gestis adnumerari debeant. Anno 1726. continuis 17. horis tantae pertinacis diligentia scripsit, ut calamus, ne in momentum quidem, accedente grandi naturae privilegio, deponeret; anno hunc sequente 1727. a die 28. Julii ad 12. Augusti diurna sub luce, absque candela, quotidie scripsit Phileras chartas 12, aut si tantillum additum diligentiae, 13. Pari celeritate, aut non multo minori autographa operum suorum conscripisse videtur; Anno 1731. conscripsit IV. Tomos 321. Phileris, seu 21. libris constantes unico calamo, anno 1741. nondum evoluto 3106. pagg. seu 1553. folia 7764 Phileras efficientis unico isidem calamo; Operum *T. I. Partem I.* 644. paginis constantem conscripsit intra diem 30. Maji & 23. Julii, *Partem II.* inde usque 17. Sept. 294. pagg. *Tomum II.* 991. paginarum intra 15—30. Maji *Tomum III.* pagg. 926. intra diem 24. Martii & 15. Maji, omnia eodem Anno 1741. *Tomum IV.* pagg. 854. intra 13. April. & 25. Maji anni 1750. *Tomum V.* pagg. 425. & *Tomum VI.* pagg. 191. utrumque anno 1751. usque diem 24. Mart. *Tomum VII.* pagg. 494. anno 1749. *Tomum VIII.* pag. 1000. anno 1756. *Tomum IX.* pagg. 1080. anno 1760. *Tomum X.* pagg.

1114. anno 1764. Tomum XI. pagg. 351. anno 1767.
Tomum XII. pagg. 356. anno 1768. Tomum XIII.
Vita & Gesta pagg. 750. successive, ac denique po-
stremum opus sub titulo *Biennium* pagg. 201. quas
jam de se efficiunt 2547. Phileras. His addenda est:
Nota Ung. Periodus 1741. pro Franc. Balogh in
916. pagg. eadem pro Car. Keller in 576. pagg. a
25. Nov. ad 27. Dec. an. 1749. ac pro Paulo Bar-
takovics a die 16. Sept. ad 1. Oct. an. 1743. in
pagg. 476. descripta universim 494. adeoque cum
prioribus 3080. Phileras efficiens; cum *Pallas Pal-*
lars anno 1719. IV. Voluminibus *Pallas cum Astea*
anno 1712. II. Voll. *Iter Transdanubianum* anno
1731. *Catalogus Bibliothecae Eszterbazianae* anno
1741. eodem nempe, quo duos primos Operum suo-
rum Tomos in 776. Phileras descriptit, *Indices in*
Apparatu Beliarum. — *Kéy Izzif. Orunt.* — *De-*
cedes Bonfaji; continuatio chronologiae Baklariense,
menda typhotica horum operum anno 1743. seqq.
Alexandrio in Archivum Jos. Com. Eszterhazy Ju-
dicis Cur. Reg. an. 1744. Excerpta yastissima ex
210. Autoribus pro annalibus Templariorum anno
1748. Carmina ab adolescentia successive conscripta,
vitae Jos. Eszterhazi Exemplar Revisori traditum,
sed ab eo lituris depravatum, horum item omnium
Colledanea, seq. primi conceptus, Praefationes,
Indices &c. ac denique aliquot millia schedarum
itinerariarum diversis annis v. g. 1741. 702. scri-
ptarum, Urbaria Dominiorum Comitatus Palsy anno
1717. seqq. per descripta; 120. Expeditiones Capi-
tuli Strigon. Protocollo an. 1722. inscriptae, & 63.
Instantibus extraditae; Rationes Perceptoris Comi-
tatus Poson. & officialium dominalium iteratis vici-
bus partim confectae, partim censuratae annis 1724.
seqq. 30. Generalium & particularium Congrega-
tionum, & unius Sedis Restauratoriae Acta Proto-
collo Comitatus Poson, anno 1727. dierum 17. tem-
pore 168. Phileras inscripta; Baloghiano-Libaniana
conscriptio cum Summario Extractu anno 1728. cla-
dyrata; Rationes C. Joan. Palsy anno 1733. con-

festas; Summarium reddituum Domini Semytho pro C. Franc. Eſterhaſy an. 1735. compilatum; praeter plurima minutiora incredibili celeritate ac in ſcribendo patientia per Gabrielem noſtrum vita commite consumata.

Ne autem cui videatur Kollinovic mechanicam ſolum in ſcribendo promptitudinem habuiſſe, majora itaque manus, quam capituli merita feciſſe, juvat unico exemplo oſtendere, quam promptus in elaborandis typo aliquando deſtinatis operibus fuerit. Patet e ſuperius dictis illi anno 1748. die 17. Aprilis facultatem Ingreſſendi Bibliothecam Capituli Strigoniensis datam fuiſſe, in qua tempus unius menſis reparando codicum ordini, excutiendis pulveribus &c. ſe inſumſiſſe narrat, quot dein Bibliothecas in locis diverſis, ac etiam remotis adiit? Bullas papales, Diplomata Regia, Inſtrumenta publica, ſic. Autorum ſententias textu integro ut deprehendit, exſcripſit, hos utique, & quoscunque uſquam reperit, diligenter excutere debuerit, cum aſſereret, „ nil in ſcriptoribus max nominandis, industriaque, quanta homini fas, evolutis legiſſe, profeſſa minimum opera omiſſiſſe nihil - - ut lectorem tot perquirendorum, tot inſpiciendorum auctorum onere levaret.“ debuerit Collectiones Ordine, quo in manus venire, ſingulis in locis e ſingulis libris primo excerpere, deſcribere, debuerit ſingula in ſingulos annos ex lege Annalium ſeparare, distribuere redigere, nexum narrationis texere, operis oeconomiam obſervare; opus totum Annalium Templariorum concinſe elaboratum die 13. Aprilis anni 1750. ad pagg. 854. jam munde deſcriptum habuit, non plane duorum annorum labore, quorum decurſu praeterea & rei familiaris curae, & amicorum, ſentorumque officiis non minimam impendit operam. Sed & hic aliquis compilationis duntaxat laborem fuiſſe, objicere poſſet; atqui Chronicon Templariorum ante conſectos Annales, quorum illud Synopſis eſt, conſcribere utique non poterat, ut minimum cum initio Junii ejusdem anni coeptum, cum adhuc 31. Maſi Titulum, Praefationem; & In-

dices in Annales terminaverit, & tamen illud jam 28. Martii anni sequentis 1751. adeoque ne 10. quidem mensium tempore elapso ad 191. Paginae in folio mundo iisdem descriptum habuit. Scriptores periti, aliis muneribus & angustae rei familiaris cura distenti, qui sciunt, quantum sit ad idem argumentum necessaria colligere, suffectura seligere, superflua refecare, certa ab incertis discernere, cogitationibus in diversa objecta distractis, conceptum semel alium, ac nexum rerum scribendarum continuo memoria tenere, vel interturbatum scilicet reparare, qui sciunt animum non semper ad lucubrandum rite comparatum esse, qui denique sciunt, quoties in chartam coniecta, usque dum in concinnum ordinem, stylumque, qui publicis etiam oculis exponi possit, redigantur inductis lituris, plicisque, emendari, limarique debeant; hos ego unico rite dijudicare posse, quam promptus Kolinovics, cui tam exiguo tempore, tanta opera litteraria, elaboravit quae laterales duntaxat illius post curas domesticas occupationes fuerant, in lucubrando etiam, & non solum mechanice scribendo, esse debuerit, Ideo ab illis, qui Virum penitus noverant jam genium aliquem Socraticum habere, dictus, jam *Gallinae filius albae* compellatus est.

Servabantur adhuc apud Benedictinos in Monte Pannoniae cum ejus Bibliotheca pro memoria pennae tres, quarum una Papyri Libros X. Phileras 10. altera Libros XVI. Phileras 10. tertia plane Libros XXXV. Phileras 11. cum repurgatione quidem, sine tamen permutatione conscripserit, iisque, forte & hic Exemplar suum in moribus, Religione & re litteraria Justum Lipsium imitatus, singulis chartam numero conscriptarum phylirarum notatam affuit. Quae si universa calculemus atque penitus expendamus, comperimus Gabrielem Kolinovics virum laboriosissimum ac indefessum anno aetatis 73. laudabiliter currendo metam attingisse, ex qua a Creatore suo ad promeritam quietem evocatus, rationes non otiose transactae vitae, nil speramus,

facile expedivit, comperiemus post fata non invidi, dignum esse, cujus memoriam ad posterum in gloria, quam promeritus est, ad exemplar imitandum, grato animo conservemus, nisi ipse sufficientia ingenii sui monumenta perennem sui famam conservatura reliquisset, quae jam ex ordine paulo uberius recensebimus.

CAPUT III.

RECENSIO OPERUM LITTERARIORUM, QUAE GABRIEL KOLINOVICS PARTIM TYPIS EXPRESSA, PARTIM IN MANU- SCRIPTIS RELIQUIT.

GABRIEL Kolinovic longè plura, & melius elaboratè Opera litteraria reliquit, quam ab eo, habita facultatum illius tenuium, & loci, quo degebat, ratione exspectari poterit, quorum pauca nonnulla, sub anonymo tamen edita, reliqua in autographis supersunt, saepe tamen ab aliis etiam descripta. Horum quaedam ita eliminata sunt, ut sine emendatione typis vulgari possint, alia continent materialia sua diligentia, religioneque ab eo collecta, futuris patriae Historiographis uberrimam messem datura. Nos omnia ex ordine recensebimus, quemadmodum ea propriis manibus pervolvendo, oculisque inspiciendo in autographis deprehendimus, & quemquam nullo Tomorum numero signata sint, ipse tamen Autor ordine, quo singula elucubratus est, quantum observare potuimus Chronologico ea in Tomos distribuit ac designavit, quem & nos observabimus. Id nihilominus non de nihilo praemonemus, ne quisquam existimet, nihil prae-

77
ceres Gabrielem nostrum scripsisse. Vir ad contem-
dandam cuius operam promptus, neque propriae glo-
riam tantopere studiosus, potuerit amicis, quorum
inter litteratos non paucos coluit, ab his vicissim
etiam muneribus excultus, eruditum locare calamum,
quia id uspiam, ut erat arcani retinentissimus, pro-
deret, quod vel ex candida M. Belii confessione li-
quido colligimus, potuerit quavis ratione inductus
uspiam aliquid edere, cuius pertinaciter reticendi
etiamsi rectum esset, sufficientes habuerit rationes;
quod iterum, si non alia illius aetatis adjuncta,
certe vel Censurae librorum constitutio, quam adeo
difficilem expertus fuerat, suspicari suadet; neque
tamen ex facili spurium aliquem soetum Viri gra-
vi & recto subtrudi, verum haec unice, quae per-
consequimus opera pro genuinis illius lucubrationibus
haberi volumus, nisi alia praeterea luculentis argu-
mentis eidem vindicanda uspiam emergerent.

Tonus I. In duas dispartitur partes, quarum
primae sequens praefixus est titulus:

*Gabrielis Kolivovics Senquicziensis Commentario-
rum de rebus Ungaricis Libri XIII. ubi gesta ab an-
no MDCCCXI ad MDCCCXX. utrobique inclusive; bel-
la quippe Rakocianum, ac Turcicum; ansus Ungharo-
rum in Italia & Gallia, Belgio, Germania; Poso-
niensis, & Rakociani conventus; collationes dignita-
tum; numi memoriales; sicilia, Epitaphia cum aliis
Inscriptionibus; Religionis & Jesuitarum iactationes &
structuras sacras ac profanas; munimurum vicissitudines &
sata Regnum, urbium &c. Coloniae, Artes, Com-
mercium; obitus & vitae illustrum; specimina eruditio-
nis, Procerum conatus in promovendas litteras; coe-
tus erotici; Scriptores de rebus Ungaricis vulgati, ac-
curatissime sume recensentur. Senquiczi MDCCCXLII.*

Prasfatio constat 6. pagg. tum textus Commen-
tariarum a pag. 1—644. ubi cessat paginarum nu-
merus, & incipit: „Series Instrumentorum litte-
rarum, quibus autor in his Commentariis usus
est.“ quae per 41. pagg. recensentur. Sunt
vetera Instrumenta haec 615. ordine chronologico

disposita, quorum argumenta in hac serie breviter exprimentur, & adnotatur, quae ad singulos Commentariorum Libros pertineant. Postremo sequitur: „ Index ordinis Alphabetico digestus. “ qui occupat pagg. 108.

Quibus e fontibus, quae ad Commentarios hoc scripserit Kolinovic non obscure in Praefatione sequentibus verbis ipse indicat:

„ Solent pro more hujus seculi plerique mox, ut in historiolum quampiam incedunt, ne facillimis credulitatis culpa notari debeant, cui eadem innixa fundamento, quibusve nervis compacta existat, anxie scrutari; nec abs re: quis enim relationibus a mendace non nisi fama haustis, (nam & talium plurimas miseras chartas hodie onerant) fidem temere adstrinxerit. Pluresum ab eruditis omnibus serunt Favianus Strada, Hugo Grotus & Jac. Masenius, viri aeternitatis fastis dignissimi, quod isto quidem in Caroli V. vita, illi in bello Belgico e publicorum Instrumentorum fide sua contexuerint; non probatur e contra in Bibliotheca Historica Arvivo Gramendus, quod his de Aitutus, nisi livoris istud sit. Nos vero, quibus nullum adhuc in Eruditorum Republica nomen, a statu, vel setate auctoritas nulla, postquam non inanis, quod interdum fit, studio gloriolae, at quod a bonis civibus omnem, qua pollent, jure suo deposcat operam patriae, his curam, animumque applicuimus, in id singularem annis ab aliquot, posuimus industriam, ne vano rumore tantum collecta, vel veritati absque publico donemus, in quo sinceris constus spes neustiquam luit; ecce, quorum maximam partem, autographa ipsa grandi sollicitate licuit inspicere, vel exempla typis jam edita, aut calamo quidem, sed in locis utique credibilibus exscripta in manu habuimus. “

„ Notandum hic: scripta inter Paldam, Ra-boesium, Karolyium & Komaremium mutuo jactata, nil diversum a prosecutione, vel disturbance pacificationis continere; atque his universis adhuc

„ adhuc Ephemerides Aulae Rakocziensis per Cas-
 „ parem Benicskium a Secretis conscriptas, Acta
 „ Conventuum Onodiensis, Agriensis, Szakmarien-
 „ sis, deputatorum item quosdam templa apud Lipto-
 „ vienses & Arvenses, Diastalia demum; nec secus
 „ Ephemerides Aulae Viennensis, quibus Novella-
 „ rum adhaesit nomen, iastronensesque alias, tum
 „ privatorum eruditione celebriam, simulque ocu-
 „ latorum testium relationes ac Epistolas; Veracii
 „ Constantii animadversiones apologeticas super
 „ Confoederatorum postulis, & Caesarianorum
 „ responsis sub Tractatu Tyrnaviensi; Actorum di-
 „ versorum Collectanea; Scriptores Libro VIII.
 „ memoratos, aliaque plurima adnumerari posse. “

Opus hoc vulgo celebratur sub titulo: *Historiae
 belli Kara: sici* quem nulli Exemplari ab Autore
 praestitum fuisse meminimus, ne illi quidem, quod
 primum elaboratum Comiti Esterhazlo Csékszil
 obtulerat. Plura vero ejus Apographa a diversis
 possidentur: occurrit in *Catalogo Bibliothecae Kol-
 larianae* No. 29. fol. unum; *Jean. Severini in Con-
 spectu Hist. Hung. Part. post. edit. sec. p. 230. &
 269.* provocat ad alterum, nos ipsi tertium benefi-
 cio Baronis Lad. Orey prope manibus habuimus, &
 apud plures alia haberi scimus, luculento argumen-
 to, quanti aestimetur.

Commentarii isti summa fide ac diligentia lima-
 tissime elaborati sunt; elucescit ex illis ingenium
 Autoris perspicacissimum, animus a partium Audio
 alienissimus, & amor veritatis prorsus palpabilis;
 minimarum etiam circumstantiarum citra vitium ac-
 curatissima notatio mirae tanta in rerum copia bre-
 vitati juncta, ut adeo plerosque, qui de rebus do-
 mesticis commentati sunt, his quidem dotibus lon-
 gissimo post se reliquerit intervallo, licet brevem,
 memorabilem tamen temporis periodum pertransan-
 dam susceperit, sed una desiderium excitavit, ha-
 bendi universae Historiae rerum patriarum tam lu-
 culento deductae corporis, sine quo frustra bona
 Compendia speramus. In *Synopsi vitae Kolinovicis*

ab erudito amico nobiscum communicata, sequentia de his Commentariis habentur: „ Historia haec in duos Tomos divisa, dum jam typis edenda esset, instinctu Jesuitarum a Carolo VI. Imp. est confiscata. „ Commemoratur id & A. Horavii in *Mém. Hist.* An res ita fuerit, & quid Jesuitarum ejus suppressiendi interesse potuerit, non habemus quod dicamus, certe ita deducta est curis posterioribus (nam ibi de Codice Esterhaziano utique bipartito aequo Caroli VI. scripto sermonem esse, ulro apparet) ut nisi rerum gestarum, ubique candido narratarum, memoriam obliterari cujuspiam laterit, nulla ceteroquin operis suppressiendi superstit ratio; Nos a Viro quodam illustri etiam subsidii in typos promissione incitati editionem illius ita adornamus, ut & ex Part. II. Lib. IV. vitam Rakoczi, ac aliorum, qui ad hanc Periodum pertinerent, operi praemitamus, & Additamenta ex Tomo V. suis locis inseramus, propediem typis illud subiecturi, si multorum desideria uberius experti fuerimus. Eodem Volumine compacta est Tomi I. Pars II. cui sequentem praefixit titulum:

Gabrielis Kolinovics Senquicziensis Vitarum Bellicarum Unyariae, virtute & fortuna illustrium, ac militum memorabilium Libri V. Gestarum cujuscumque praecipua in narrationes chronologicas exacta complexi. Senquiczi MDCCXLIII. XV. Kal. VIII. Pagg. 294. sine Praefatione.

CONTENTA.

Lib. I. *Gubernatore & Prae - Rege, seu Palatini Unyariae.* 1) Nic. Konthus pag. 1-5. 2) Nic. Gara p. 5-8. 3) Joan. Corvinus p. 8-21. 4) Mich. Szilagius p. 21-25. 5) Mich. Orszagus p. 25-30. 6) Emericus Scopuliensis, (Zepolya) p. 30-33. 7) Steph. Scopuliensis p. 34-40. 8) Thomas Nadandus p. 41-46. 9) Nic. Esterhazius p. 46-54. 10) Paul. Esterhazius p. 54-71. 11) Joan. Palfi p. 71-92.

Lib. II. *Pro-Reges, seu Bani Illyrici* 1) Stephan. Lacschovichius p. 93-96. 2) Blas. Magyarus p. 96-100. 3) Christoph. Frankapanus p. 100-105. 4) Nic. I. Zrinius p. 106-112. 5) Thom. Erdödius p. 112-115. 6) Nic. II. Zrinius p. 115-125. 7) Adamus Bathyanus p. 125-128.

Lib. III. *Præfelli vs ii, 17 duni* 1) Steph. Bathorius p. 129-134. 2) Paul. Kinisus p. 134-138. 3) Emer. Telekessius p. 138-142. 4) Nic. Palfus p. 142-146. 5) Adam. Forgachius p. 146-151. 6) Adam. Czoborius p. 151-154. 7) Car. Palfus p. 154-158.

Lib. IV. *Principes Transylvaniae, seditionum Duces* 1) Steph. Bocskaius p. 159-166. 2) Sigismund. Rakocsius p. 167-171. 3) Sigism. Bathorius p. 171-178. 4) Gabr. Bethlenius p. 178-190. 5) Georg. I. Rakocsius p. 190-205. 6) Georg. II. Rakocsius p. 200-210. 7) Joan. Kemenius pag. 210-215. 8) Emer. Tükölius p. 215-220. 9) Franc. Rakocsius p. 220-233.

Lib. V. *Milites memorabiles* 1) Steph. Illashaius p. 234-240. 2) Paulus Deacüs pag. 240-243. 3) Emer. Bezeredius p. 243-248. 4) Joan. Bathyanus p. 248-250. 5) Lad. Ocskaius p. 250-256. 6) Caspar. Turoczus p. 256-259. 7) Lad. Borogenus p. 259-268. 8) Steph. Kohariüs p. 268-273. 9) Sam. Farkassius p. 273-294.

Tum sequuntur: „Scriptores, quorum monumentis usus est Autor, partim etiam citati, ordine Alphabetico. — Index Alphabeticus Illustrum Belliducum, & militum memorabilium, quorum vitas hoc Opere comprehenduntur.”

Opus istud etiam sub titulo: *Heroes Ungarice* passim notum est, sub quo citatur etiam apud Scasskium in Edit. *Illyrici veteri & novi* Car. du Fresnois Trad. Post. Cap. VI. p. 100. Nota I. & 201. Not. K. & apud A. Horanyi in Mem. Hung. Ita vero elaboratum est, ut infertis ex Auctario suis locis supplementis pro gloria Gentis omnino typis editi mereatur.

Tomus II. *Gabrielis Kollárovics Sequicizil*
Fulcr. et Commentariorum de rebus Ungaricis, seu In-
strumentis Litterariis publicis sexcentis plura, quibus
eadem annorum quinquaginta et viginti curis, et labori-
bus undique conquisita, quibus semper in suis Comben-
tationibus usus est Autor, Ulter summa Sae, textus pro-
fusus integro transscripta. Sequicizil CICIOCCXLII. Idib.
Maji. Pagg. 992. sine Praefatione.

Instrumenta haec digesta sunt ordine chronolo-
 gico juxta seriem Librorum suorum Commentario-
 rum, ad quorum singulos pertinentiarum indicantur,
 ceterum continua serie annorum signata. Ad Lib.
 VIII. Nro. 413 habetur: „ Signatura Tabularii,
 seu Archivi Rakociani Munkacsensis, a Joann.
 Kéry conservatore perfecta die 22. Jun. 1710,
 qua recensentur 252 Monumenta annis, quibus ema-
 narunt, signata. Sunt omnino hoc Volumine, seu
 Tomo II. ad finem usque per extensum descripta
 Documenta 610, & unum in fine extra seriem sub-
 jectum. Sequitur deinde: „ Index Instrumento-
 rum Litterariorum, quorum textus integer hoc Ope-
 re comprehenditur. „ quorum nempe hic paucis
 verbis & denominatio, & argumentum, quia an-
 nus, mensis, & dies exponitur, adjecta in fine ob-
 servatione circa quorundam transpositionem, ut
 adeo 615. exurgant. Est hic Index praeter idem
 cum serie Commentariorum subjecta, nisi quod hic
 praefigantur singulis Numeri, & uno obtutu, quo-
 tum quodvis sit, quemve numerum omnia efficiant,
 videri possit. Deinde paginas Voluminis MSS. sub-
 jiciantur, & anal, ad quos pertinent, adnotentur.

Opera haec duobus primis MSS. Tomis com-
 prehensa, excepta Tomo II. Parte II. jam prius cum
 aliis quibusdam, sed paucis aliter elaborata fuisse
 colligitur ex ipsius Autoris verbis *Vita* sua pag.
 79. ad An. 1731. quas cum ad notitiam de Operi-
 bus ab illo in MSS. relictis multum loco offendant,
 paulo post hic integra subjungemus.

Tomus III. *Gabrielis Kollárovics Sequicizil. Ful-*
crum Regis Judiciorum in Ungaria Juris Novae

vll Nova Ungariorum Perlocus anno primo Gynaeco-
 Croaticae Inchoata, sive Comitiorum Generalium, quibus
 defuncto Carolo VI. Austriae Caesarum ultimo,
 eius primogenita filia Maria Theresia in Regnum Un-
 gariae Posuisti anno MDCCCLXII. Inaugurabatur, ipsae
 quatuordecim Regni Statuum & Ordinum, de nomine ad
 notatorum sententias, & suffragia in gravibus negotiis
 sub concessa viribus lata, cum aliis omnibus circumstan-
 tiis, seculari, & sacris praesentis ubilibet fide libris
 LX. recensens absolutissima narratio. Senquiescenti
 MDCCCLXIII. Pag. 416. sine Praefatione. Librorum
 singulorum argumenta demum ipsius Auctoris verbis,
 prout ea pro Rubrica eisdem praestitit:

„ Lib. I. Stirpis Habsburgico-Austriacae in
 obtinendam Ungariam, firmandamque possessio-
 nem contractus. Regimen duobus seculis, ac mor-
 te Caroli VI. Caesaris, Regisque defunctum. FL
 lta ejusdem Maria Theresia, inchoato jam bello
 Prussico Regnum suscipiens Vagans Comitibus in-
 Galt, illumque perit. “ Pag. 1-26.

„ Lib. II. Generalis Conventus per Ungaros in-
 choatur Posuisti. Joanni - Alius Purpuratus Pot-
 tas Legatus Ottoman esse rediens in Turciam,
 Urbem eam praeternavigat. Croatas Dublino-
 ses sollicitant sedem in Ungaria, Odo Dümbl-
 kionis Abbas Benedictinus Ordinem Equitum S.
 Stephani admittitur resuscitare. Meritur, Magister
 Cancellariorum Regium Car. Zichius, Pag.
 27-76. “

„ Lib. III. Regina Posoniam descendens con-
 gruo apparatu suscipitur. Eliguntur Palatinus Joan.
 Palffy, S. Coronae Dux - Viri Georgius Er-
 ödian, Joannesque Esterhazy. Juxta Curiam
 renuncietur Jos. Comes, Magister Cancellariorum
 Antonius Princeps Esterhazy. Illa supplicat in-
 terpellata, pro more Diploma Regiae elargitur.
 Pag. 77-127.

„ Lib. IV. Inaugurata pompissime Regina
 erant Equites Aurati, & universis Regalibus
 spolia parbat in auro, S. Corona tributa spee

21. Acule exposita, fessè in arcam, & turris recon-
 22. ditur. Uhlesfeldus Legatus e Turcia redax exci-
 23. pitur Pofonii. Pag. 128-198. "

24. " Lib. V. Ungari post perturbationem de pri-
 25. ma Reginae super Systematico Supplice Resolutione
 26. ne in tranquillitatem tantisper compositi, Postu-
 27. lata, grava unaque sua sedulo pergunt con-
 28. cinare. Junioribus Paequini praebent Negotium.
 29. Croatiae Josephum Esterhasium petunt relinqui
 30. sibi Pro-Regem. Illi alterum Supplicem Syste-
 31. maticum, & Gravamina Reginae porrigunt. Pag.
 32. 199-278. "

33. " Lib. VI. Ferventibus Comitibus ad finem belli
 34. Gallo-Bolci Regina se cum prolibus Aedi, vir-
 35. tutique Ungarorum permittit, hi duce conjugo
 36. ipsius, in Societatem Regiminis admisso, vitam,
 37. & sanguinem ejus defensionis consecraro, genera-
 38. literque omnes arma costipere statuant. Pag.
 39. 279-319.

40. " Liber VII. Probat Regina fervorem, & In-
 41. surrectionem Ungarorum. Elargitur Resolutionem
 42. super secundo systematico Supplice, ac Postulatis,
 43. sed illi hand contenti, et rris eundem versare lap-
 44. dem illi dubitant, felicitas jam, & a non quoad
 45. omnia. " Pag. 320-339.

46. " Liber VIII. Res Comitiorum aeque, ac In-
 47. surrectionis sedulo urgetur. Pedestres milites e con-
 48. tributione Regni publica, Equitatus propriis sta-
 49. tum impendens sciscitatur auctorandus, solvendus
 50. norma palam praescripta. " Pag. 340-386.

51. " Liber IX. Regina cum gravi Cleri, & Sta-
 52. tum secularium collisione, cum ipsa Generali
 53. Conventui, Armatis decretalibus articulis statum
 54. ponit. Depromitur, quibus e membris compo-
 55. sum existerit, decurrerit Comitium isthac, &
 56. qualiter Pofonii visitatum sit. " Pag. 387-416.

Libro II incipit Historia Comitiorum, quorum
 Sessiones in Decades distribuuntur ita, ut Libro II.
 Decade I. Sessiones 7. L. III. D. I. Sessiones 8-10.
 & D. II. Sessiones 1-4. quae L. IV. aeque D. III.

Seff. 3. & ibec L. V. usque D. VI. Seff. 1. conti-
nuitur. L. VI. D. VI. Seff. 2. usque D. VII. Seff.
4. L. VII. Dec. VII. Seff. 5. usque D. VIII. Seff.
1. Libro VIII. Dec. VIII. Seff. 2. usque Dec. IX.
Seff. 3. ac demum L. IX. Dec. IX. Seff. 9. usque
ultimam IV. Kal. Novembris celebratam continen-
tur. Hinc narrationi nulla Instrumenta publica per
extensum inserta sunt, res nihilominus omnes minu-
tiam, succedente rarietate enarrantur, chronologia adeo
religiose more auctoris observata, ut de horis, qui-
bus quilibet actus sunt, rite adnotentur. Tam ex-
actam Historiam Comitiorum Ungaricorum in luce
publica nondum habemus.

Hujus quoque Operis pars inter MSS. Biblio-
thecae Universitatis Regiae desideratur, nos enim
sente fortuna signatorum quendam assti sumus, ex
quo didicimus opus hoc jam anno 1741. elaboratum,
in pluribus Exemplaribus descriptum, & horum qui-
busdam acta Diacetalia adjecta per auctorem fuisse,
per quae indubie Instrumenta publica per extensum
descripta intellexerit. Adferemus ex illa signatura
ea, quae hoc faciunt, cum Historiam Operum Koli-
novichianorum illustrent:

„ Nova Ungariae Periodus cum actis descripta
pro Francisco Belogh Secretario, die 24. Mar-
tii anno 1741. pagg. 927.

„ Eadem abique actis pro usu domesticis a 16.
Martii ad 30. Aprilis 1740. pagg. 416. „ Iud
indubie hoc ipsum Exemplar erit, quod praedictae
bibliothecae illatum, & a nobis perrelocatum re-
censuimus.

„ Eadem abique actis pro Barone Carolo Kol-
ler a 23. Nov. ad 27. Dec. an. 1749. pagg.
576. „

„ Eadem abique actis pro Episcopo Bartolomeo
a 16. Sept. ad 1. Octobris anno 1746. pagg.
476. „

Haec omnia exemplaria Autor erga benefacto-
res suos semper grates propria manu descripsit. In
suo nostri, quod recensimus exemplaris adjectis

an. CIOCCCXLII. Tum: „ Index Gesta memorabilia, & sententias publice in Comitio dictas ordiné alphabetico demonstrans. “ Et post hunc: „ Pridie Kal. Maji CIOCCCXLIII. “

Tomus IV. *Gabrielis Kolimovici Senquiciensis Annales militaris Ordinis Equitum Templariorum, conservatis Bullis Papalibus, diplomatis Regiis, Instrumentis & iis publicis & tam pecuninis ducensorum decem autorum narrationibus adfirmati Libri X. Senquicisii A. R. S. CIOCCCD. Idib. Apr. Pagg. 834. praeter Titulum, Praefationem & Indicem VIII. Cal. Jun. Notitiam hujus Operis dabimus verbis ipsius Autoris ex praefatione desumptis.*

„ Liber I. Synopsis Operis, Autorex usurpati. Initia Ordinis Templariorum p. 1-92. Annalium partitio decadem exhibet Librorum, non mole, in quam succrescere possit scriptio, sed oportunitate; unus enim Principia, confirmationem alter, duo gesta, quini exitium Templariorum pertractant, postremo causam ordinis partem in utramque disceptante superficialiter ista. Plinium secundum deinde in Historia naturali saeculi, conspectum Operis universi Autorum cum serie damus; hic etenim

„ Lib. II. Ordo confirmatur Regula Templariorum. Habitus albus, Cruz rubra p. 92-172. Argumentum est; collata Cruz in Rhemeni anno CIOCCXLVIII. cetera in Trecenti CIOCCXVIII. generalibus Galliarum Concillis, quod primi Fundatores, ac Equites ordinis Galli essent; & Regula quidem Mellisul Doctoris D. Bernardi Abbatie Clarsevallensis opus est; concillis, Patriarchae Hierosolymitani, Pontificis calculo probata.

„ Lib. III. Gesta Templariorum per Asiam saeculo priori fama saepe ambiguus p. 172-256. Primus hic CIOCCXLIX. ultimus CIOCCIX. anni. Inter memorabilia Hierosolyma cum tota Palaestina, Acalon, Ptolemais amissis, haec tamen recuperata.

„ Lib. IV. Gesta seculi posterioris per Templarios in Asia & Europa p. 356-354. Hunc CIOCCX annus inchoat, claudit CIOCCCVI. quo temporum intervallo Ptolemaide amissa iterum, Templarii e Palaestina in Europam proturbati, quasdam in Graecia Imperii Orientalis Provincias evasere, opibusque corratis diversos per conventus partiti, Praetoriam in Francisfixere stationem,

„ Lib. V. Templarii capiuntur tota Gallia, Seculari, quae & ipsi sub examinibus consistuntur p. 355-454.

„ Evenit istud anno CIOCCCVII. atque tribus membris, primo captivitas, altero crimina, confessiones tertio utique denarrantur.

„ Lib. VI. Quaesitiones in Templarios. Clementis V. Papa Concilium Viennense indicit. p. 454-528.

„ Anal hic 1308. & IX. Iudicium Concilij priorum, Inquisitio tam contra Ordinem generica, quam contra particulares personas in specie utrumque reddit memorabilem, illum quidem statuta, hunc inchoatis. Bullas, quae in haec damus Papales, si vacat, inspice.

„ Lib. VII. Inquiritur contra Ordinem. Templarii nonnulli addicuntur flammis. Concilium prorogatur p. 529-575.

„ Omnia anno 1310. Inquisitio contra Ordinem maxima hic parte. Qui defensionem susceperant Equites, Provincialium ab Archiepiscopis coacturum Synodorum Sententiis pyras adeunt, Senonensi Lutetiae 18. vel uno plures, Rhemenſi Sylvaneſi 9. facta prima vi canonum degradatione.

„ Lib. VIII. Concilium incipit. Ordo extinguendus decernitur. Sententia condemnationis p. 576-677.

„ Principium Concilii in 1311. Cetera insidens (nam & hic biennium) XII. in annum. Sententia ipsa omnino, Papalique ipsius publicatio hic adest. Bona Joannitis, Rhodii sunt, jam Melitenses, cessasse nequit ambigi cum ratione, & publica hic super eo inspiciantur Instrumenta,

„ Lib. IX. Incendia Magni Magistri, & Equitis Neapolitani. Fata Templariorum in Germania. p. 677-740.

„ Uno, eodemque anno 17313. Tres hic partes, geminae, nempe I. & III. uti leguntur, II. autem his interjecta, sunt omnium Magnorum Magistrorum accurati duo Catalogi. A Moguntina Synodo fata sua trahabant Equites Germaniae, atque hanc Ungaria nostra sequebatur.

„ Lib. X. Papa, & Galliae Rex moriuntur. Ex Ainsti Ordinis causa Theologica, juridico, historico disceptatur p. 741-854.

„ Non nostrae istud ingenio, sed adductis sat prolixis scriptorum narrationibus. Sciri sufficiat tam Papae, quam Regis obitum eodem 1314. intervenisse.

„ Istinc expropter confusas, chronologicum nobis, quae Annalium natura, ordinem fuisse cordi, utcumque difficultates poene inextricabiles, de quibus locis aliis, suadere diversa visae sint.

Haec ex L. I. p. 5. 6. & 7. & paucis interjectis:

„ Centonem e versicoloribus panniculis; temere per nos confarcinatum, aut si de alienis existimare nossi honestius, thesaurum, vel Bibliothecam scriptorum de Templariis, Annales nostros, quos legis, si appellites, nostra nil refert, saepius etenim illud exilitati nostrae deberi, jure faciles agnoscimus, si accurate tot Scriptorum narrationes, quae se tuis hic oculis objiciunt, religiosissime vel ad litteram transfusae aequanimio persuadesent posterius istud. Enimvero semel, ne saepius insinuari oporteat, scire te volumus, non sensum, sed germana dari Autorum verba, nec a nobis quippiam narrari, verum per eos narrata sincerissime verbis ipsorum referri. Neq; araneorum (ita Lipsius Notis ad L. Lib. Politic. in Cap. I.) sane textus ideo melior, quia ex se sua gignant, nec noster villior, quia ex alienis libamus ut spes. Sapientissime ad Lectorem Ger-

„ Ierua. alienis, inquit, saepius, nec meis est com-
 „ posita verbis *Historia Templariorum* nec sine exem-
 „ plo, nec sine ratione, nam veterum sensus, ani-
 „ mum, fidem, ritus, & mores in ipsis certius vi-
 „ des, quam ex Interpretibus discis. “

Adductis deinde exemplis, qui sua opera ex alle-
 ris verbis consarcinarunt, pergit: „ Hujus (Jodoel
 Coeell) vestigiis pressius insistentes, monendum te
 effeci nobis duximus ne moveare, si rem aliis forte
 verbis, sed eandem ex diversis Autoribus legas sae-
 pius, apud quosdam eventum unum non uno nar-
 rari modo advertas, ita enim circumstantias, ita
 substantiam, Novatorum nonnullis pervertere visum.
 Tu interim certus, nil nos ultra haec, quae adfe-
 rimus de Templariis accepisse, nil in Scriptoribus
 mox nominandis, industriaque, quanta homini sae,
 evolutis levisse, professa minimum opera omisisse ni-
 hil, arbitrare, an plurimum consensus, praesertim,
 & coeovororum eidem nonnulli accinant, pro veritatis
 accipiendus fundamento sit, in aliorum dissensu, quae
 proxime illi accedere visa fuerint, quo minus deli-
 gas, Rare volumus per nos, qui tuo te abundare
 sensu agnata pro facilitate animus, destinationi et-
 enim nostrae ista vice, ac ut te tot perquirendorum,
 tot inspicendorum autorum onere, debilitatis nostrae
 ad modulum duntaxat levatemus, non alter limes.
 Ergo pro limine eorum, quae utimur nomina cum
 aetate, qualitate nihiloscilicet Operum, ac editio-
 num, & si quid praeter ea scitu visum necessarium,
 prolixius percontemur. “

Deinde ordine alphabeti enumerat Auctores suos
 a pag. 10-43. Hinc Bibliothecas, in quibus eos
 reperit, eoque, quorum beneficio illas ingredi li-
 cuit, recenset. 1) Capituli Strigoniensis Tyrnavien-
 sem per Georgium Lippay fundatam, & per Ste-
 phanum, aliorque successores ditatam, in qua
 Comitibus Ant. Faggyri Codices praecipue laudat,
 quamvis vix 6000. voluminum superare, maximam
 tamen Hungariae esse fateatur, dolet vero illam ne-
 gligentissime haberi. Blandiri laborandum illi fuit, ut

sibi eam adire liceret, Paulo Bartakovics Canonico apud ceteros Capitulares agente causam suam, sed & ita jam desperabat de facultate, nisi Comes Josephus Esterhazy extremo jam lecto assensu illum commendasset, nec nisi juramento obstrictus admittus est tandem, licet jam anno 1731 nullo juramento adstrictus in Archivo eidem Capitulo concedito integra fide versatus fuerit. Tempore unius mensis reparando Codicum Ordini, excutiendis pulveribus, scribendo ibidem insumto, Idem Bartakovics libram commemoranti mensam praebeuit Kollinovicse. Ipsos libros, quorum ibi consulendorum nactus est copiam, singulatim enumerat, qui sane juramenti sacramentum non morebantur. Ibidem Tyrnaviae & apud Canonicos quosdam libros consulendos obtinuit, plures beneficio Georgii Klimo Vienna sibi missos vel ex ipsis publicis Bibliothecis, uti Windhagiana, suo nomine expetitos. 1) Bibliotheca Coll. Acad. S. J. Tyrnav. Opera Gabr. Graff & Nic. Schmitth S. J. 2) Paulinorum Tyrnaviensium. 3) Pofonil Coll. S. J. ad S. Salvat. promte referata. 4) Ibidem Trinitariorum. Dein a privatis B. Car. Keller plurima, Steph. Podhradsky, Matthia Bel, Sam. Szekely, Paulo Pribischio, Joan. Tomko Szafsky, ubique narrat, quos libros a quovis singulatim nactus fuerit. Franciscanos Pofonientes falso traducit, quod ad Bibliothecam illorum aegre admittus, per duos eorum ductus sit, quorum unus praecipit, alter sequebatur, sed cum fenestras valvis obductas densas adeo reliquerint tenebras, ut nil videre, ac se humanam quidem faciem discernere potuerit, ac insuper vix ingressus e vestigio excedere debuerit, nullum ejus usum praeterea habuerit, quam quod in Patris cujusdam cubili Vadingum inspexerit. In Valle Meriana Paulina paulo subtilius indif reti erant, ingressum quidem ad Bibliothecam non denegarunt, sed slavim a Provinciali Viennam profecto ablitum esse praetextabant, quem tamen illis domi ad manus fuisse Kollinovicse probe constaret. Modras, Bostinil, Cskidil in Bibliotheca Esterhaziana, Tatas

apud Capucinos iidem libros quosdam in rem suam
nactus est. Dolet se Christiani Thomasi libellum:
De Templariorum Equitum ordine sublato. Halae 1705.
In 4. „ apud amicam praecipue Lipsiam incassum
profusis precibus, aviditatem suam, & conatum, lusum
esse; hoc proinde Opusculum nunquam vidisse.

Haec usque pag. 49. recenset. Pag. 50. inci-
piunt Annales Templariorum, verbis, uti praemis-
sum, variorum Autorum, quorum verba ipsa ad rem
ex ordine chronologico narrandam apta profert, or-
dine alphabetico eorundem servato, ad singulas po-
sitiones, quos semper ante illorum textum cum in-
dicatione operum & loci citat, additis ubique annis
1. Christi. 2. Ordinis. 3. Regum Jerusalem. 4.
Magnum Magistrorum. In fine subnotantur:

1) „ Autores cum designatione in quos annos
eorum narrationes conjectae sint. “ Item: Opera
„ Anonymorum. “ tum: „ Autores alii per supra-
„ scriptos quoad res Templariorum citati, a nobis
„ tamen, cum desiderarentur, haud inspecti. “ uni-
versum §4. Dein:

2) Nomina propria Templariorum, quae ex his
Annalibus erui potuerunt. Denique:

3) Index rerum & Verborum accuratus, ordi-
ne alphabetico.

Præfationis in hos Annales initium idem fere
est, cum ea, quae in Chronico Templariorum legi-
tur, Pars altera idem continet, quod in eodem Chro-
nico observat circa existentiam Templariorum in Hun-
garia, parte denique illius ultima variantes opinio-
nes autorum de anno supplicii Magni Magistri com-
minat.

„ Tomus V. Gabrielis Kolinovicis Sequicisensis
Austriacae Operum suorum MSS. seu Aditamenta post
illorum conclusione novis constitutis aegre, & in or-
dine, qui opportunissimus visus naviter disposita. Seb-
quicisii A. R. O. 1751. “ Pagg. 435.

Sunt haec Supplementa in praecedentia Opera,
sive primae quatuor Tomos eorum, nimirum in Com-
mentariis, Vita Bellidum, Fulcrum Comment. No-

etiam *Ungariae Periodum, & Annales Templariorum*, Indicabimus iterum Auctarii hujus contenta eo modo, quo clarissime possumus; patebit inde Kolonovicium haud quaquam deposuisse curam perficiendorum operum suorum etiam postquam ea terminaverat.

Ad Tom. I. P. I. seu Comment. Lib. I. habentur additamenta pag. 1-18. ad L. II. p. 18-23. ad L. III. p. 23-34. ad L. IV. p. 34-47. ad L. V. p. 47-53. ad L. VI. p. 53-63. ad L. VII. p. 63-79. ad L. VIII. p. 79-89. ad L. IX. p. 89-100. ad L. X. p. 100-120. ad L. XI. 20-122. ad L. XII. p. 122-126. ad L. XIII. p. 126-144.

Ad T. I. P. II. seu *Vitas Belliducum Ung.* ad L. I. Nic. Konthus p. 144. Nic. Gara p. 147. Joan. Corvianus ibid. Mich. Szilagiu, Emer. Scepusiensis, Nic. Eszterhasius p. 159. Paul. Eszterhasius, p. 170. Joan. Palfus 172. Lib. II. Steph. Lacskevichius p. 175. Nic. II. Zrinius p. 177. Lib. III. Steph. Bathorius p. 180. Paulus Kinissus p. 181. Emer. Telekesius ibid. L. IV. Steph. Boc kaius p. 182. Sigismund. Bathorius p. 183. Gabr. Bethlenius p. 189. Emer. Tubilius p. 190. Franc. Rakocsius p. 194. Lib. V. Steph. Illeshazius p. 195. Emer. Bezzerodius p. 199. Lad. Ebergenius p. 200. Sam. Farkassius ibid. & Autores addendi.

Ad Tom. II. seu *Fulcrum Comentariorum*: Ad Lib. I. Documenta 7. a pag. 202-233. ad L. II. D. 3. pag. 234-242. ad L. III. D. 3. p. 243-245. ad L. IV. D. 16. p. 296-322. ad L. V. D. 3. p. 323-327. ad L. VI. D. 2. p. 328-329. ad L. VII. D. 3. p. 330-332. ad L. VIII. D. 1. p. 343. ad L. IX. D. 2. p. 344-348. ad L. X. D. 9. p. 349-377. ad L. XI. D. 1. p. 379. ad L. XII. D. 1. p. 382. ad L. XIII. D. 7. p. 381. - 406. Universum itaque Documenta 58. quae 625. Fulcro contentis addita efficiunt numerum 683. luculentae sanae collectionis.

Ad Tom. III. seu *Novam Ung. Periodum*: ad Lib. III. p. 414. ad L. IV. p. 417. ad L. VIII. p. 418. ad L. IX. p. 419.

Ad Tom. IV. seu Annales Templariorum: ad Lib. II. p. 420. ad Lib. III. ibid. ad L. IV. p. 421. ad L. VIII. ibid. & 422. ad L. IX. 423.

Tomus VI. „Chronicon militaris Ordinis Equitum Templariorum Bullis Papalibus Diplomatum Reperitur, ceteris Instrumentis publicis, tum coarctis, aliisque probatissimis Scriptoribus collectum Scanzviczii A. R. C. 1751. p. 191. Accedit Index Alphabeticus.

Hoc opus est quasi Synopsis Annalium Templariorum, quam e collectis eventibus historicis pene continua serie annorum autor suo stylo deduxit, & in tres Libros divisit. Reflexione omnino dignum est quod C. G. Anton D. in Opusculo suo: Versuch einer Geschichte des Templerordens Lipsiæ 1781. secundis curis edito & ætate & loco a nostro Kolinovics multum diffusus, mira tamen consensione cum illo hanc eandem historiam fere solo idiomate ac verbis diversis pertractaverit; is quoque præmissa brevissima terræ sanctæ, & expeditionum crucistarum originis descriptione, historiam Ordinis secundum seriem magnorum Magistrorum Parte prima, tum excidium Templariorum Parte secunda deducit, eademque non solum in Historia ordinis immediate loquitur præsentia, sed etiam parerga & lateralia, quæ Kolinovics, narrat, excidium quoque, ut iste uberissime deducit, in eo fere unica diversus, quod opus in duas partes Kolinovics vero suam, ne particio inæqualis esset in tres Libros ita divisit, ut primo & secundo initium & gesta, tertio interitum Ordinis exponat, sequæ ordini chronologico, cujus ille saltem in assignandis gestorum ac Magnorum Magistrorum nominis; non magnopere studiosus fuerat, & ad addenda quedam facta historica forte a Kolinovics prætermissa plures fontes illi frustra quesitos nactus sit, certe occasionem longa meliorem eos obtinendi habuerit, ut adeo, si quis utrumque opus invicem contulerit, quod sane, cui vacat, operæ pretium fuerit, mirari tantum consensum in autoribus tam dissimilibus debeat, cum Kolinovicsuri agens in sua solitudine 30. pene annis hæret, tantum certe præstitit,

quantum Anton in Saxonia scribit; qui & exterarum linguarum notitia, & omni librorum notate Kolinovicſi, vel omnino loco, ne existentium quidem, uti potuerat. Id verum eſt Specimen D. Anton magis pragmaticoſcriptum videri, quia in Hiſtoria narrationis nexum facilius tenere potuit, quod Kolinovicſio Chronicon ſcribenti haud quaquam licuit. Iſta causa quorundam Lectorum, ad naturam Chroniconum non reſpondentium, oportebat monuiſſe, ne ſavillari Kolinovicſium jure ſe poſſe exiſtiment, quaſi fragmenta duntaxat Hiſtoriarum Templariorum omninexu deſtituta protuliſſet; hanc enim Chronicon omniſpeciem praeferre ſolet, omiſſa facta, geſtaque inter ſe necandi judicandique Lectoribus provincia. Neque arguendum eſt Kolinovicſium ea omnia fuſiſſe, quae in chronico forte praetermiſſi, niſi etiam in MSS. ejus Annalibus deſiderentur, quos utique hocce compendio nec voluit exhaurire, neque potuit. Quod de conſenſu ſpeciminis D. Anton & Chronici Kolinovicſiani addimus, nequaquam ita accipi volumus, quaſi plagium illi adſcribere intenderemus, nam Kolinovicſianum Chronicon, ut in ipſa fronte hujus primae editionis monuimus, haecenus in MSS. duntaxat latebat D. Anton autem ab Hungaria diſtus utcunque fuit, quo minus copiam illius natum fuiſſe veriſimile videretur, quamquam impoſſibile non fuerit, cum conſtet Kolinovicſium non amicitiam ſolum, ſed & laborum hiſtoricorum ſocietatem cum Col. Matthia Bello foviffe, cujus filium, ſive ab ipſo Kolinovicſio, ſeu a patre ſuo deſcriptum Chronici Exemplar natum Lipſias deſerre, itaque plurimum ad manus ibidem devenire potuiſſe nil impediabat, ubi conatus iſtos Kolinovicſianos ſuo tempore non penitus ignotos fuiſſe, ex ipſius verbis ſuperius in reconſione Annalium de amicis Lipſis relatis liquide colligitur. De Specimine D. Anton, ut quod ſentimus ex occasione dicamus, opus eſt egregie ſcriptum, ſuo partium ſtudie, ſuo affectu cum ſana moderatione ſolius amore veritatis, ut in hoc argumento, ubi alio omni ſeptem occaſione editum ſuum prodidiſſet, etiam

etiam attentissimus Lector non facile, cujus Religio-
nis autor fuerit, advertere possit, ille vero fervor,
quo Templariorum causam agit, mansucto illius ani-
mo non mediocri cedit honori. Quam diversus ab
eo est in his omnibus Frid. Nicolai, qui sub omni
lapide aliquid latens detegere conatur, ut in eo vi-
tuperia, in quibus prorsus intemperans est, super-
aedificare possit, ipse impationis omnis contradic-
tionis, persuasus firmiter, se primum, quod iteratis
vicibus profitetur, fuisse, qui huic Historiae Tem-
plariorum parti, quae hactenus in maximis tenebris
latuerit, plenam lucem affudisset; ut Kolinovics in
sua solitudine citra operosum philosophandi conatum,
simpliciore via ex factis itidem historicis in eandem
utique sententiam etiam ivit, Templarios ab omni
culpa absolvi haud posse, licet diversos receptionum
gradus, quibus in plenam lucem pronondis desciunt
sufficiunt data historica, casu ceteroquin opera
aequasquam investigandos esse existimaverit, quae
enim unquam Societas, quis cactus hominum ex-
stitit, in quo vestigia diversorum graduum reperiri
nequeant?

Chronicon Templariorum Kolinovicis possidetur
in Apographis etiam penes Bibliothecam Episcopa-
lem Guinquo-Ecclesiensem, & apud Comitem Pau-
lum Forgach Canoniceum Varadiensem Auditionum
rerum patiarum.

Tomus VII. *Gabriele Kolinovics Szegedienis*
Ille Procerum in sapientia laureata Josephi Eszter-
bazy Judicis Curiae Regiae per Ungariam, seu Com-
mentarius in Historiam de vita, rebusque ab eodem pro
Deo, Rege, Patria, domi ac foris, tota & saepe im-
mortalis sui bonis gloria laudabiliter gestis Libri IV.
Parti I. Szegedzil A. R. S. 1749. " Paeg. 260.

Praefatio 2. Paeg. occupans subscripta est V.
Cal. Sept. MDCCXIX.

O. K. S. Idem Procerum in sapientia laureata
Josephi Eszterbazy Judicis Curiae Regiae per Un-
gariam, seu Fulcrum Regum Diplomata, Instrumenta
literaria publica, viculis supra centum plura, quae

Comentario praemisso fides adstruitur, complexum *Parti II.* Ibid. Eod. separatis pagg. 174. constans utraque pars uno Volumine. „ Series Chronologica sequentium litterarum Instrumentorum. “ Sunt eorum 129. Postremo Index Rerum, & verborum 42. paginis.

Tomus VIII. *Gabrielis Kolinovics Senquiciensis Miscellaneae Part I.* sate posthumae *Josephi Comitis Essterhazy Memoriae — Part II.* serēs vitae, ac dignitatum, & *Posthuma memoria Josephi Comitis Essterhazy in iis praefus, quae pro typi collectione, cum ederetur, subservire chartis.* *Part III.* Opuscula quaedam minora, uti pag. seq. & *Epistolae.*

Generalis hic titulus toti volumini seu Tomo VIII. praefixus est, speciales singularum Partium sequentes sunt:

G. K. S. Fata, seu vicissitudines diversae, quae posthuma Jos. Com. Essterhazy memoria academiis Tyrnaviensium typis anno 1754. tandem edita, sate dactis ac iniquis triennio foedo circumagebatur. Senquiciis A. R. O. 1756. Pagg. 192. Libris III. comprehensa, quae omnia Genjium vocat. In fine subscripsit: Cal. Sept. 1757. narrat minutim suas cum Censura habitas controversias, & adducit: „ Instrumenta Litteraria textu integro huc pertinente, isto futorum Opere comprehensa. “ tum Auctores in Praefatione citati, Index rerum & verborum accuratus ordine alphabeti 18. pagg.

G. K. S. Miscellaneorum Part II. serēs vitae, ac dignitatum, & posthuma memoria Josephi Comitis Essterhazy in iis praefus, quae pro typi collectione, cum ederetur, subservire chartis. “ Pagg. 117.

Praemittunt „ Series Chronologica vitae, dignitatumque Josephi Comitis Essterhazy *Judicis Curiae Reginae. “* duabus paginis, quam Hungaricis & Germanicis Panegyri anno 1748. demortuo Comiti Jos. Essterhazy dictis atque iteratis vicibus typis editis adjunctam fuisse monet Lectorum. Sequitur deinde titulus ipsius Posthumae memoriae prout impressus est:

Posthuma memoria Josephi Eszterhazii de Galantha Perpetui Comitis de Franko, Regni, Dalmatiae Croatiae & Slavoniae Pro-Regis, per Ungariam Curiae Regiae Judicis, S. C. R. M. Gen. Campi Maresch. & Aul. Int. Consil. Patriae Patriae Bello, ac Pace Clarissimi Fata, & Res Privatas, Toros, Bellicas, Religiosas, pro Deo, Rege, Patria, domi, & Foris, immortalis nominis sui gloria gestas, maximam partem fide Diplomatum Regiorum, assertas, serie chronologica Tabris IV. complexas studio, & Opera devoti ipsius Clientis. Cum Permissu Exc. Fam. Tuae Tyrnaviae, Typis Academicis Societ. Jesu Anno MDCCLIV.

G. K. S. Miscellaneorum Pars III. Opuscula quaedam minora, et pag. seq. & Epistolae.

SYLLABUS OPUSCULORUM.

1) „ Josephi Comitis Eszterhazii brevis de vita sua Commentariolus, ab ipso accurate perscriptus sed non terminatus “ cui in peculiari titulo adjicitur: „ Cui nunc demum, textu, qualis in chirographo est, nil prorsus temerato notulas duntaxat marginales, Indiculumque (10. pagg.) posthuma in Auctorem erga se, dum viveret, beneficentissimum, devotione stimulatus adiecit Gabriel Kolinovic Senquiesil A. R. S. C. MDCCCLV. pag. 1-47.

2) „ Mensurae Geometricae in usum Geographiae Studiosorum per Gabrielem Kolinovic Historiophilum recens collectae. “ pagg. 37.

3) „ Tabula Chronologica universae aerae Christianae Paschata rite demonstrans. “ Pagg 63. ab An. Chr. 1-1771. cum admonitione de dato III. Id. Febr. 1747.

4) „ G. K. S. Vitae suae Chronicon. “ Pag. 94. Perductum est illud usque ad annum 1755. Illius initio ponit egressum Croatarum Costanicensium hunc Senquiesilensem e primaveris sua patria ad annum 1544. cum autem sibi adventum eorum ad modernam Coloniam possum ante annum 1550. Timoni

consentias agat, conjecturam relinquit eos aliquo tempore incertis sedibus jaçatos esse, quae nobis nondum satis eliquata esse videtur.

5) „ Fax ad pernoſcenda Familiae Comtanty Palffy primordia. “ Pag. 123. sunt loca duntaxat ex variis Scriptoribus Patriis desumpta.

6) „ G. K. S. Innocentes animi iusus versus elegiaco sensum expressi. “ Pag. 128. Ordine chronologico, uti olim facti, dispositi. Inter hos:

„ Symbole abhinc constanter usurpato adscripta 1716. “

Haec tris debebo, donec mea vita manebit:
Non nisi supremo persoluenda die.

Animam Deo

Fidem Principi

Honorem Patriae.

7) „ Scintillae grato ex animo promicantes, seu Chronologi, quos dono accepit, sodicibus inscripti. “ Pag. 132.

Sunt chronographa, pleraque soluto, non ligato filo confecta, hoc loco itidem serie chronologica, qua successive libris inscripta, disposita.

8) „ Epistolarum Libri IV. “ Pag. 139-314. Libro I. continentur 164. Lib. II. 37. Libro III. 61. Lib. IV. 75. Epistolae tam scriptae, quam receptae.

In Praefatione ad Epistolas scasa sua depromis sequentibus:

„ Nec aliud fere pertractant, ac rem litterariam, officiosae duntaxat pauculae, numeri de rebus aliis diffusioris, univèrsim tamen quadripartitae. I. Liber continet meas ad duos Georgios Tabricium, & Nankovichium cum praemissa utriusque vita, ut juvenes haud magna hucdum aetate notis, ac responsis. Altero leges meas pariter ad omne genus Litteratos, & responsa eorum quaedam, aut quibus me oportuit responderi. Residui Libri gemini recensent non scriptas amplius a me, sed perceptas. Tertius quorundam V. Cleri ac Religiosorum; secularium Virorum sanguine, dignitatibus, doctrinae

Illustrationes Quartae — — Senquiesimae e solitudine Kal. Decembr. C1713CCLV2. In fine Ordo, & Series Epistolarum per 12. folia, & Index in III. Miscellaneorum Partem 21. foliorum.

Parte I. horum Miscellaneorum, uti jam commemoravimus narrat controversias, quas cum Jesuitis Tyrnaviensibus propter Censuram Posthuma memoriae habebat, ubique acerbe queritur contra rigorem illius, cui dia pertinaciter oblectabatur, ut erat dari capitis Vir, sed fortassis non absque causa fuerit Censoribus male contentus; nacti sumus cum plene hac operum illius recensione occuparem illud ipsum Exemplar MS. quod a se elaboratum hanc Censuram primum subiecerat, innumeros quavis pene in pagina lituris confusum & maculatum, quas tamen ipse Autor numeraverit per diligentem, nam dicto exemplari libere inserta quas fortuito deteximus scheda haec in summa notata continebat:

„ Posthuma memoria per Familiam, & ejus Praefectum in Dominio Tatensii Franc. Balogh revisa, & quae videbantur, deleta — 1753. missa Tyrnaviam in absentia Cancellarii delapsa est in manus Joan. Szegedy o S. J. — Censor MS. turpissimo depravavit; Liturae universim ab ipso factae 863. Mutationes nempe 345. Omissiones 314. Additiones 194. “

Ea cum declaratione, quod, si opus ita edidit, prius tamen mundo descriptum, & Familiae consensu probatum, typis dari possit. Fecit Autor utrumque: die 1. OS. ita restitutum, die sequenti describere coepit & die 15. OS. manu propria absolvit illud ipsum Exemplar, quod typi collectioni deservit, & hic Miscellaneorum Part. II. constituit. Omissiones quidem, licet tam enormis errorum numerus etiam pro illius aetatis Censurae genio nimis denique fuerit, ad manus Censoris pertinere poterant, sed mutationes & magis adhuc Additiones a Censore layico Autore tanto numero subtrahas fuisse, merito posteritas mirabitur, non solum pro-

pter *Craforiam*, sed etiam diffatorum audaciam, quin & fertilitatem, dum 345. mutationes, & 194. additiones tam brevi tempore alieno operi inductas argumento sint, quantum de ualio Viri vita Censeri si genuine constare debuerit.

Factum exinde fuit, ut jam de opere typis edito aliquid commemoremus, quod ipse titulus penitus mutatus fuerit, Autor ipse illud pro suo nequam amplius agnoscere voluerit, & ne nomen quidem suum praestigi admiserit, qui nobis aliquando exemplar suum, cui pro memoria infra postremas tituli voces *deuoti ihsus* (Necis litterae G. K. S. adglutinatae erant, ea cum relatione ostenderat, quod folium illud primo cum illis expressum fuerit, se tamen id pati non potuisse, nec nisi denegata sumtum Typographiae, quos pro fortuna sua prae manibus habuerit, persolutione efficere potuisse, ut sine initialibus nominis sui litteris titulus reimprimeretur. Non dissimulavit Kolinovic tantam operis sui Castrationem in Praefatione impressi operis, quam sequentibus elaudit:

„ Quod interim plura in recessu non legas, etiam quae summas omnino legi debuisse; Censurae, Privatae pariter, ac Publicae, *revisis operis tertiae non minus Parte*, obidem pascere; me namque Autographum, parte altera memoratis superius Instrumentis litterariis publicis constante auctius, jam tamen obscuris in scrinulis, theis duntaxat, & blattis tricas futurum, cum fidei nusquam proficitas, cum malignitatis, negligentiae, turpisque ignorantiae nexis immanem facile prorsus revincet.“

Opus forma quarta, charta non minus ac typis nitidis editum constat cum *Serie Instrumentorum* 178. paginis, Praefatio 1. & Index 12. foliis. Errores Typographicos in opere edito diligenter collectos, quorum usque ad superstitionem autor impatiens fuerat saeculari imprimi curavit, nam in fine Indicis expressa duntaxat fuerat admonitio: „ Errata Typographi, si quae irrepperunt, prudens, ac benevolus Lector ea facile corriget.“ quod sufficienti argumento

et Tyravienſibus haud quaquam animam fuiſſe illos ſpectatum indicandi. Provocti ad hanc Poſthumam memoriam Nie, Schmitz in Impp. Otoman T. II. P. 445. Nota 2.

Tomus IX. Gabrielis Kolnovici Senquicentae Epistolae ad Georgium Naphovici, Steph. Arzich, ceteros Decades LXXXIV. jure Commentarius in Historiam belli Austriaco-Prussici, & Foederatorum, a sui exordio in anno 1756. incidente per quadricennium jam ad exitum usque anni 1760. durante, verbum verbum nati comprehenditur Senquicentae anno Partis Virgineae 1760. Pagg. 1080.

In Praefatione praemissa praecipuis aliquot veteribus ac recentioribus Epistolographis, quibus se nullatenus comparare posse se velle profectus, laetitiam tamen congestis suis cuiuscunque usui aliquando futuras, quas in IV. genera disposuit:

1. Historicas CCCCXX. aut potius narratorias, eas partem maximam quo minus Commentarios potius in Epistolarum formas coactos, ac Epistolographos, quia cruentum Austriaco-Prussicum bellum, nobilissimis Europae Nationibus, hinc Britannis, Hannoverensis, Hessis, Imperio inde ipso, Gallia deinde, Russis, Svecis, Polonis, Saxonibus, Megapolitanis eodem, vi foederum involutis, complexas vocitas, nil repugno; supelle: eamvero sunt tenendas ipsius Historiae, illi, cui felicitus providentiae supernae dono ingenium, non aspernanda; usus quippe in hanc exstiti Libellis Teutonice memoratis Dec. XXXVII. Epist. 3. LXXX Ep. 5. LXXXII. Ep. 4. & 7. LXXXIV. Ep. 9. Relationibus deinde publicis, quarum hinc Coloniae Ubiorum, Teutonice Viadobona, Ratisbona, Berolinum, Lipsia, Schaffhausen, Urbes emittunt alias; Pugnis magis memoratis deinceps Topographicis, ac descriptis; Instrumentis Partium publicis, quorum hic haud pauci, editis particulariter. Privatis quoque Litteratorum castra loquentium, imo & ordines, ac sero nostri, distantium utroque idioma ad amicos declarationibus, operosissime omnibus, ut non multa ultra eodem ad plenam gestio-

rum notitiam per te desiderari oporteret, quaeque verum conquestis.

„Nec famam communem prudentiorum partem & populi, gravem saepe iudicii exercendi materiam sapienti daturam, prius, ac publicae prae manu essent, ex toto rejiciendam censui. Epistolas tamen eadem una pax, & sola, debile almis veritati substernere posse fundamentum, nisi qua forte ab his procul minus secessit, aut plane concordat, notissimum vel in vulgo habetur. Quos autem sua credulitas post anicularum fabulamenta, lippis trita, tonsoribusque trahit, haud moror, meo enim in *Sermone* harum vix aliqua.

„Et ut nihil, quod momentum facere posset, neglexerim, illa nihilominus, quae Ungari, Croatiae, Banduri, Rescit per Regem, ac Patria gloriosissime, nec interveni tamen gessere, audio confectus summo. Nimirum ex amore Patriae.

„Quin mihi etiam, quod Seneca in suis ad Lucillum teste Lipsio „*placuit titulus & ratio scribendi libris, in qua scripias, desinas dum labes, iustas, variet, ut labes, neque adstringaris ad ordinem, aut materiam certam.*“ Addo, non Historiam scribendam sedisse mihi animo, verum commentationem, seu, quod paulo ante, illius politiore texendae pena vel materiam, vel suppellectilem posteris relinquentiam; nec enim haec simul in manu notitiae, ac saepe longe tardius, quae gesta prius, atque hinc scripturientis labori levando subnatum, ad Calcem Systema illud.

„Ac in multis casus inopinatos ab Indice monerandos rerum, & verborum leges, ac fatales; levioris momenti, ut nasutulis videri possent, quaedam; quo istud motu, quo fructu? Viro mihi agendum fuit ex promissorum fide. Notitia ad necessitas amicitias nil opportunius, armandis nil robustius Auditorum paritate, haec me - - - vinculo humanitas superam ante necessitatem insolubili sexagenarium adjunxit clarissimo Juveni Nunkovicso, iste post primum Antim XVII. Kal. Quint. 1756. Adalbertina. in

RECEP. OP. VASA. A. 1739.

In sede colloquium Tyrnaviae, Abi, Sodalibusque Schola Theologica, studio domestico, regulari Seminario clausura distentis quidem, aut Impeditis, cupidus tamen, . . . ne peregrinos in patria sua opere videretur . . . nosse, quas gerantur foris seu bello, sine secus perscribere sensim ut vellem, a praesente, nec difficili postulavit pro amicitia jure suo, pluribus subinde haec desideria, etsi tunc statim haud negata, desideravit Epistolis, minus tamen jam necessarii, quod praebitae primordio ipso sponsonum fidelis nullam defuisse partem sua, quam ante abscessum postremam Tyrnaviae XIII. Kal. Sext, 1739. dedit Dec. II. Ep. 9. praeter omnes ambages candido profiteretur. Quid porro culpas, si ad amicum pro familiaritate domestica quandoque, nec ejusdem ponderis omnia, vel momenti. Haec igitur mese, ac Nunkovicisli pene omnes, nec Agyichli, etsi longe pauciores, nullae.

II. *Litterarias CCVI.* sive illas, quae de libris obtentis, obtinendis, mutuum in usum porrigendis, recipiendis, donati, donandis, cambio subjectis, subjiciendis, editis, edendis, scriptioibus, scriptoribus, lectionibus, studiis scholaribus & domesticis, lapsibus observandis, adnotandis, amico retexendis, conferendis, sub servire litterario amicorum consui queuntibus symbolis, & quibuslibet scribendi subsidis, ac si quae talia pertractant.

III. *Petitoriae CXXV.* sunt Libelli supplices, unde spes vivendi mediorem aliqua directi, ac Epistolae non paucae usum in eundem, aut quibus talis praebuit argumentum occasionem. Nil ergo mirere, quod conjux, ipsterque in re non laeta sed multae angustiae, ea pennam lassabat materis, quandoque foris communi *sive Litteratarum fato*, ut quizeret, quia vero, quod Joan. C. III. v. 19. *dilexerunt homines magis tractas, quam iurem*, non semper inveniret, qui us destitueretur domi, cui & alia suere scripto negotia saepe agitata.

IV. *Officiosae XC.* duntaxat, numero quod spectas minimo ceterarum, atque in hoc etiam ad me plures, ut a me, cui opere affectum testari, praes

verbis cura maxima, nec genius, testibus quiqui experti, de aula vel hoc seculo, quo si habendas pro beneficiis statas passim verborum planctus, referendas vel in retestimo aliquo animi vix tantillum, in alloquiis vero, aut descriptionibus praeter non emtorum usque ad nauseam oceanum pro Pylade unica integrae chiliades Aristipporum *).

Enumerat deinde praecipuos, grati animi causa, a quibus aliquid subsidii obtinuit, deinde de methodo sua scribendi Epistolas monet. Kal. Maji 1760.

Praefationi subnequitur: „Georgii Nankovicfi Viti, & Studium Theologicum Tyrnavise, „per 7, pagg. Catalogus reliquorum Epistolas cum Autore mutantium Ordine Alphabetico,“ quorum status per modum titulaturae additur per 3, pagg.

In fine subjungitur: „Series Epistolarum hujus voluminis ordine chronologica“ foliis 14, deinde ad initio ad Lectorem sequuntur nomina eorum, quibuscum Epistolarum sibi commercium intercessit ordine Alphabeti, quae nos quoque huc transferimus cum prioro numero Epistolarum scriptarum altero acceptarum.

Nankovic Geog.	344—85	zur Steph.	2—
Agyich Steph.	95—32	Cam. Reg. Pof.	3—
Apajenses Compos-		Deschan Joan. Ant.	—1
soffores	1—	Deserietzky Ianoc.	8—4
Bacinsky Andr.	1—2	Ernyey Lad.	3—2
Balogh Franc.	30—8	Essterhazy Com. Ca	1—
Banyay Lad.	1—	Fabricius Nic. (Schmitt)	
Bartok Jac.	1—1		1—1
Belofics Paul.	3—3	Parkas Casp.	9—1
Berdarics Mart.	—1	Yorgach Emer.	4—1

*) Hanc phrasim, quod non sine causa suspicamur, multis certe Lectorem obscuram fataram, studio sine dilucidatione relinquitur, ut experiantur tales, quid emolumenti classica Litteratura, hodie usque adeo neglecta secum ferat.

REGEN. OP. GABR. KOLINOVIC. 107

Galgoczy Joan.	1—1	Pray Georg.	3—2
Gorgonius Capucia.	1—	Prokop Adalb.	11—13
Horvath Jos.	1—	Pulyay Franc.	2—
Hulial Jonas	4—3	Pyber Joan.	3—
Jankovics Nic.	1—	Rimer Africus	2—
Jovita Capucia.	1—1	Rock Anton.	13—12
Kereskényi Franc.	2—	Sautka Franc.	1—
Kéry Franc.	2—	Senkviety Mich.	4—1
Klino Georg. Ep.	3—	Simkovics Joan.	1—
Koller Ignat.	3—	Strigon. Capitul.	2—
Komparics Georg.	2—	Sedmaky Franc.	1—
Kopach Joan.	4—1	Szemenics Franc.	3—3
Kubovics Thom.	1—	Sent-Ilionsy Jos. E.	2—
Leyffek Nic.	1—	Sztancsak Joan.	1—
Lipthay Andr.	8—3	Szameray Jos.	3—
Litser Joan.	6—8	Tarnoczy Simon	3—
Marsovský Eugen.	1—1	Türk Franc.	4—1
Mazur Andr.	1—2	Toronyi Mich.	1 2
Melchord Franc.	1—	Toth Lad.	1—
— Joseph.	3—	Wagner Car.	2—1
Miller Joan.	—1	Varadi Steph.	2—
Moller Gottfr.	1—	Zichy Com. Nic.	1—
Neußitter Joan.	4—1		
Ordody Gabr. Ep.	1—		
Palfy Com. Rud.	4—2		
Pietziansky Joan.	1—1		
		Summa	638—203—841

Exponitur dein: „Systema Historiae belli Austro-Prussici, ex Epistolis petendae per 9. fol in quod haec materialia digesta. In fine hujus Vol. pag. 1072. habetur: „Testamentum Georgii Széchényi Archiepiscopi Strigon. cui adjiciuntur praecipuae vitae illius Epochae. Ac tandem: „Index rerum memorabilium accuratus ordine alphabetico. 9. fol

Tomus X. „Gabrielis Kolínovics Senquicentis Epistolarum ad Adalbertum Prokop., Steph. Arvich, Joannem Szombathelyi, ceteros Decades LXXXV. quibus Commentarius in Historiam belli Austro-Prussici, & Foederatorum a sui dimidio, & Anno 1760. per posterius quadricentium ad exitum usque 1763. cum pa-

eis conclusione comprehenditur. Senquiczii A. P. V. 1764. Pagg. 1114.

Post titulum sequitur: „ Adalberti Procopii vita, & Studia Humanitatis, Philosophia, Theologia, “ per 20. folia, tum, „ Catalogus reliquorum Epistolae cum Autore mutantium ordine Alphabetico. “ per 7. pagg.

In Praefatione de his Epistolis Idem tenendum monet, quod praecedenti Tomo praefatus est. — Nunkovicisio Apyichium, huc Procopium successisse, ad quos *historicas* direxerit. — Epistolarum formam in eo se immutasse, quod *historica* ad singulas nationes pertinentia singulis separatim, non uti prius aliis mixta perscripserit. — Enumerat a quibus subsidia litteraria, aliisque obtinuerit, quibus item Libris, & Ephemeridibus, aliisque fontibus usus sit. — Hoc volumine contineri & Auctarium praecedentis. „ Instrumenta litteraria publica prolixiora interdum, ac facile CXIV. extra textum summota, & in chronologicum coacta esse ordinem. “

„ Scriptionis diem si curiosus inspicias, ad calcem Epistolae cujuslibet: *ei solitudine mea*, vel *Gyzaecae meae Senquiczii* advertes in omnibus, ne tamen vagis, incertis, aut etiam sequioribus turbere cogitationibus, pando mysterium: domus haec dupli-
plici est aedificio, curruli non nisi ab invicem se-
jungto ingressu. Vetus, & seculo integro bene an-
tiquius ab occidente, in quo Laurentius Kolinovic,
& Helena Matkovicis avi, Georgius Kolinovic aq
Barbara Rusica genitores, Andreas unicus filius meus
Non. Decembr. Dominica II. Advent. 1761. Inter
VIII. & IX. hor. mat. pluresve nostrorum naturae
succumbebant, ego autem LX. Kal. Apr. hor. VII.
Mat. 1698. nec solus pariter in lucem prodibam.
Hic magistra, triclinium, cubile mihi constanter,
quia vero & conjugii, filibusque indefinens mansio,
Gyzaecam appellari jure volui. Novum ad orien-
tem meo constructum 1732. Impondibile, praeter ae-
conomicae quippiam suppellectilis thesaurum continens
librarium, antea *Musaei* etymo, a memorata illi

Andreas haereditis indubii morte, nulla sua injuria solitudinis accepit nomen; habet me ista tribus fere anni partibus, vere, aestate, autumno, illa no duplex onus augeat calefactio, hieme. Id ergo Epistolae, in quo scriptas dicto sub aenigmate ostentant latibulum.

Hoc volumine ait contineri 849 Epistolas, quarum 670. scripsit, 179. accepit. Historicae 394. Litterariae 258. Petitoriae 62. Officiosae 135.

„Scribebam in Gynaecio meo Senquiesii, quae Coëtanicensium Croatarum Pisonium Inter, ac Spiropolim (Tyrnaviam) in Marcomannorum, Quadorumque finibus Colonia est. F prid. Kal. Febr. 1764. cum pro implemento tertii ad sexagesimum aetatis mensum, tres ac vicenos dies, & 7. horas desiderarem.“ In fine post Epistolas:

„Auctarium annorum 1756. — 1759. ex hoc X. Volum. ad IX. petendorum.“ — „Series In- Aramentorum Litterariorum X. IX. unum etiam VIII. Epistolarum Voluminibus comprehensorum, & ad Commentationem belli Austro-Prussici pertinentium.“ per 6. folia.

„Series Epistolarum hujus voluminis ordine chronologico.“ 13. foliis. Dein eorum quibuscumque mutabat, ordine alphabeti. — Epistolae peculiaris considerationis ad Adalbertum Procopium, & Joas Szombathelyium indicantur, de quibus auctor: „Arcanum singularitatis harum non temere facilius alter, ac ii, ad quos perscriptae sunt, odorabit, praesertim si & hanc seriem, & ipsas nefors Epistolas eos inspicere, rationisque aeterna periclitati contingat.“

„Systema Historiae belli Austro-Prussici ex his Epistolis per- idae.“ Omnes nimirum historiae singularorum annorum chronologicae in Nationes belligerantes disposuit per 3. fol. Tum: „Index rerum memorabilium accuratus ordine Alphabetico.“ per 19. fol. quibus Volumen concluditur. Pag. 1095. continetur Testamentum Auctoris dd. 28. Apr. 1755. 26. Maji Basiliensi subscriptum cui pag. 1113. Subji-

elitur Codicillis dd. 17. Jan. 1762. & pag. 1114. aliter dd. 1. Jan. 1764.

Series Epistolae cum Autore mutantium.

Prokop Adalb.	308-30	Modrensis Magistr.	1- 1
Agyich Steph.	43-15	Maršovský Eugen.	5- 2
Andreánský Jof.	3- 2	Mazur Andr.	- 2
Anonymus Agrise	- 1	Melchord Jof.	3-
Arady Joan.	1-	Merula Adam.	- 1
Balogh Franc.	10- 1	Nagy Balah.	6- 3
Banyai Lad.	1-	Náymar Joan.	5-
Barkoczy Franc.	1-	Nedecsky Jof.	1-
Bartok Jac.	1-	Neszmery Franc.	1- 1
Belosica Paul.	1-	Neußtatter Joan. jun.	2- 2
Berchthold C. Franc.	1-	- - - sen.	4-
Berdarics Mart.	1- 1	Nisnyanský Jof.	1- 1
Both Franc.	1- 1	Nuskovics Georg.	8- 6
Camera Pofon.	2-	Pauer Joan.	1-
Defericius Jof. Ia.	10- 3	Piešťanský Joan.	8- 4
Dirnbach Ant.	7- 3	Porubský Ignat.	- 1
Dobay Joan.	2- 2	Pray Georg.	1-
Ernyey Lad.	1-	Rakoczy Emer.	1-
Fabricius Georg.	3-	Ranics Steph.	- 1
- Gregor.	1- 1	Rimer Africus	9- 3
- Nic.	20- 3	Schedl Joan. Geor.	17- 2
Farkas Casp.	1-	Scsaszny Paul.	2-
Fridvalfský Joan.	21-13	Senkviczy Mich.	7-
Galgocsy Joan.	1-	Szanyi Franc.	3- 2
Gürgey Mart.	1- 1	Szemenics Franc.	21- 6
Gudics Ignat.	3- 3	Szent Györgyi Joan.	3- 1
Hiros Joan.	- 1	Szombathelyi Joan.	69-35
Hulini Jones.	5- 2	Stanovský Joan.	- 1
Kéry Valent.	1-	Szumersy Matthias	1- 2
Klimo Georg.	3-	Tajny Joan.	1-
Knipplmayer Joan.	- 1	Takacs Franc.	2- 2
Koller Ignat.	1- 1	Török Franc.	2-
Koresek Urban	4- 3	Trüffel Jac.	4-
Krechnyak Alfons.	1-	Vadanyi Georg.	2- 1
Kabany Math.	2- 1	Wagner Car.	3- 3

Willidiener Jos. Al. 1-
Urbanus Capucia. 1-

Zlatarica Paul. 1- 2

Summa 670 - 179 = 849

Tomus XI. Gabrielis Kolinovicis Senquicriensis
De Terrae motu Libri IV. e Scripturibus domesticis ap-
paratus, publicisque ac privatis Relationibus congesti.
Senquicrii Krl. Maji 1767. pagg. 119.

„ Ingressus pag. 1. Liber I. Cause, origines,
effectus veteres ante Christum p. 5. Liber II. Casus
sevi christiani per prima XIV. secula p. 41. Lib. III.
Eventus recentiores usque ad nostra tempora pag.
70. Lib. IV. Effecta novissima nostri, & extremi,
sub diem Iudicii temporum p. 99-119.

Ingressus per modum Praefationis est. „ Terrae
motum esse flagra, quibus Deus in hoc mundo de-
licta etiam castigat ac plectit, aut e devils in rocll
perpellit semitas - - - quod nunquam fere solus, &
aliis aeque gravissimis Incommodis incommodis jun-
ctus - - - flammis & undas sui praenuncias, et-
mentorum damnosissima quasi perpetuo sibi sociat - - -
Quo igitur tanto certius a scoleribus, nunquam cer-
te impunitis absterreantur delinquentium animi, vel
meta acerbioris talismodi poenae, aut castigationis,
dari, elegante quasi pictura, & in Tabella obtutui
universo telluris, qui ad nostram quoquo modo ve-
nerim notitiam tremores non inutilis credimus futu-
rum operae, nec e nostro istud cerebello, sed scri-
ptoribus maximi, quos domesticus suppeditare qui-
verat apparatus, nominis. Hos non - - - post, sed
ante posuimus propriae cujuslibet narrationi, plerum-
que genuinis eorumdem verbis prodimus integre,
quid quisque aut senserit, aut posteritati commen-
datis de terrae motu. „ Deinde declarat se haec
omnia excerpta ordine chronologico digessisse. „ Stu-
duere quidem fatalitatum harum ad posteros memo-
riam transmitters non pauci autem, sparsim sita, nec,
& particulatim, nos collegimus daturi longe plura,
& justo fortassis volumine, ni a senio, corporis de-
bilitate, vel demum familiaris angustia & bulgus

temitate obex insuperabilis; Bibliotheca enim publica, aut secus etiam patens nulla per Ungariam, *Vindobonam* vero nuper ingentibus quoque cum oblationibus invitatos procurrere, vetabant aetas, & quas diximus reliqua, cum sensus delicatissimi ad ulteriora conservandi providentia & necessitate. " Incertum est, an ante diluvium terrae motus fuerint. Recenset quorum beneficio subsidia obtinuerit. In ipsa Historia tribus Libris primis fere Autorum verbis utitur ea plane methodo, uti in Annalibus Templariorum, suis rarissimo, nisi circa finem Libri III. ad an. 1755. & toto Libro IV. propriis verbis enarrat recentioris hujus aetatis terrae motus, quem tandem concludit: „ Scribebamus haec nullo in praesens momentum vitri adminiculo, quantum libet septuagesimo aetatis anno nuper IX. Kal. Apr. hora 7. mat. inchoato - - - a XVIII. Kal. Maji - - - dein interposita narratione 'uae debilitatis, causa protrahi laboris. - - - " In solitudine nostra Senquicalli - - - ad Kal. Maji 1767. „ Sequuntur *Adenda* 7. pagg. Eodem Volumine habentur: *Miscellanea diversi generis maximam partem sub generalibus Regni Ungariae Comitibus in usum 1764. & 1765. per anonymos quospiam sabbice scripta.* " Praemittitur:

„ Dissidium inter Autorem, & Ant. Rock Plobanum Senquies. ex laesa fama coortum anno 1764. " per 51. pagg. tum: „ Primordis vitae Ant. Rock. „ pag. 52-55. Hoc dissidium levi ex causa ortum utriusque partis jam defunctarum pertinacia increvit in sumum odium in neutro laudabile, quod Plobanus velut laesae famae, ut videbatur, sutor ex levitate, simul junior laeso grandaevo non cesserit, quod blandis verbis cum honore inter paucos poterat, imo debebat, etiam a Vicario Generali iustus & per complures vicinorum fratrum persuasus, quin potius Kolinovlesio ministerium altaris, quod hactenus quasi sibi reservatum obibat, interdixerit, nisi illud forte, quod credimus, fecerit, ne in peragendo SS. Missae Sacrificio recrudescente humanitas in ministrantem odii affectu perturbaretur; Kolinovles

vix vero levius eula initio laesus offensioe, nisi sibi satisfaceret, ut ipse volebat, non quidem inique, implacabilis, cum postremo videret sibi per Ecclesiasticos Plebani superiores rem placidioribus alloquin componere constos, non plena mensura satisfieri, sed & ad forum seculare conversus, in ambages, involveretur, ubi sacerdotum quibusvis difficultatibus objectis iam Plebanum tueri e ratione sui status esse conseret, senex alloquin & debilis, neque medius ad urgendam causam provisus, vix, ut providere eventum supervidetur, ratus tamen sibi cedi aliquid, atque tribui debuisse, eadem, quam semper pari tenore longa satis vitae suae aetate retinuit obstinacia, causam suam ad Christi tribunal provocavit, uti haecce in narratione ipse refert, quod uti in amico, cujus memoriam nulla unquam aetas ex animo delebit fere unam erratum existantius, libenter deteximus, qui provocaciones hujusmodi non secus, ac Ordalia cuncta damnamus ita vetuli iam fragilitati, meliorem vitam quotidie prospiciantis, & in ea aequiorem sortem, quam in hac ea fruitus sit, magna fiducia sperantis tribuendum, atque ita excusandum esse confidimus, praesertim cum non dubium sit, postremis vitae diebus animos reconciliatos esse, atque inde credendum, Gabrielem appellatae commissio intra legalem adhuc terminum.

Pag. 55. tertius occurrit Autoris Codicillus dd. 28. Apr. 1765. Pag. 57-139. sequuntur memorata Miscellanea in Dixeta sparsa, quae Kollinovicis animi duntaxat causa descripsit, res enim tanquam alienas, nimium quam frigide habet. Pag. 140-159. „ Epitome vitae, eorumque Martini Lutheri. „ Pag. 163-211. „ Martini Georg. Koyachich Sequenzientis Hodoeporicon itineris Romano-Italici a se, socioque anno 1763. feliciter confecti, seu accurata de eodem ad Gabrielem Kollinovicis Communipem dissertatio. „ Deia: „ Epitaphia Franciscio I. Rom. Imp. defuncto varis in locis posita & hic collecta a pag. 215-233. In fine: „ Series Miscellaneorum, ordine, quo se invicem excipiunt. „

Haec omnia uno volumine, sed quasi duabus Partibus etiam pagg. numero distinctis.

Tomus XII. *Gabrielis Kolinovics Senquicziensis Epistolarum Decades LIII. quae Supplementa novum la belli Austro-Prussici, & memorabilia solidi quadricennii ab anno 1764. ad X. Kal. Apr. 1768. utrobique inclusive comprehenduntur. Senquiczii A. P. V. 1768. p. 556.*

In Praefatione fatiscere jam manum pro calamo, ideo minus scriptum fatetur. „Senquiczi Prid. Kal. Apr. 1768.“

Catalogus Epistolarum cum Autore mutantium ordine alphabetico. „per 3. folia, quorum statum breviter indicat v. g. ceteros inter:

„Martinus Kovachich Philosophiae, Juris Civilis ac Patrii, deia SS. Theologiae Auditor Tyrnaviae.“

„Auctarium ad annos praecedentes belli Austro-Prussici pertinens, sed ex hoc Volumine petendum.“

In fine jam ultra seriem paginarum: Martini Georg. Kovachich Hodoeporicon itineris in Germaniam coepta, sed abrupta 1767. ac Inundatio Tyrnaviae sequenti.

„Series Epistolarum hujus voluminis ordine chronologico.“ per 8. folia.

Series Epistolarum cum Autore mutantium.

Balogh Franc.	2-	Fabricius Georg.	9-7
- - Lad.	1-	- Greg.	1-1
Banyay Lad.	5-	- Nic.	20-7
Baziniensis Magist.	1-	Farkas Joan.	3-2
Belofics Paulus	1-	Fodor Franc.	1-
Berchthold C. Fran.	7-	Forgach C. Paul.	3-1
Camera R. Pos.	3-1	Gansang Joan. Geo.	1-
Districtualis Tabula	2-	Gürgey Mart. Aloyf.	1-
Erber Bernard.	5-3	Gudics Ignat.	13-9
Ersterhazy C. Fra.	2-	Hladics Joan.	2-1
Faba Simon	2-1	Hulinus Jon.	8-1

RECEN. OP. GABR. KOLINOVICS II 5

Kaprinay Steph.	1-	Rimer Astric.	1-6
Kéry Valent.	2-1	Rok Ant.	3-
Klimo Adam.	17-10	Roth Car.	2-
- Georg.	1-	Schedl Ioan. Geo.	4-2
Koleda Georg.	1-	Schmelzer Ignat.	4-1
Konya Christoph.	1-	Sempthavienſis S. D.	1-
Kovachich Mart.	30-37	Senkviſy Ioan.	-1
Krchnyak Matth.	2-1	- Mich.	4-3
Lengyel Felix	1-1	Simonides Ioan.	1-
Lefzak Georg.	1-	Solnay Steph.	1-
Macfal Ioan.	-6	Szabo Andr.	3-
Magyary Steph.	3-3	Szanyi Franc.	7-5
Marlok Mich.	1-	Székely Sam.	-1
Matulanyi Lad.	2-2	Szemenics Franc.	4-
Miletics Gregor.	1-1	Szont Györgyi Joa.	2-1
Nedeczky Joſ.	3-	Szombathely Ioan.	22-13
Neuſtätter Ioan.	1-	Szvetics Jac.	-1
Novotni Ioan.	1-	Takacs Franc.	4-1
Ondrejkovics Mich.	1-	Tapoleſfanyi Greg.	1-
Orban Franc. Xav.	1-	Tivadar Ioan.	1-1
Palfy Com. Ioan.	1-	Türk Franc.	1-
Palma Franc.	3-3	Trüpfſ Jac.	4-1
Pieſtiansky Ioan. N.	10-9	Tyrnavienſis Magiſt.	1-
- - - Ioan.	15-5	Wagner Car.	3-
Poſon. Capitulum	1-	Vankovics Theod.	4-2
- Comit.	2-	Vizer Adam.	30-18
Prieſzal Joſ.	3-2	Zmajkovics Theod.	-1
Prokop Adalb.	4-1	Zolimus Capuc.	2-2
Rakfanyi Sigifm.	2-3		
Regia Majeſtas	1-		
Ribonics Matth.	3-		
		Summa 342—184=158	

Harum ſunt: *Hiſtoricæ*, ſeu *Narratoricæ* 81.
Litterariæ 206. *Petitoricæ* 93. *Officioſæ* 146.

Pag. 316. reſpondet *Camerae Regiæ Hungar.*
Aulicæ Poſon. ad *Intimationem* dd. 16. Oſ. 1765.
per *Curſorem Cameralem* tranſmiſſam, qua peteba-
tur ut *Inſcriptiones Caenotaphio defuncti Franc. I.*
Rom Imp. inſcribendas concinaret, & intra triduum
ſubmitteret, quem honorem modeſte deprecatur dd.
18. Oſ.

Tomus XIII. *Vita, & Gesta Gabrielis Kolinovici Senjaicziensis.* Pagg. 730. Postremum Volumen Operum Autographorum quae Bibliothecae Universitatis illatae sunt. EA istud per modum Diarii, non tamen in singulos dies continuatum domesticum Memoriale, cui non pauci particulares eventus inscripti sunt, plerumque tamen domestica, locum natalem, & viciniam attingentia, usque ad posteriores vitae dies, in fine jam nimis tremula manu producti. Ultima verba illius manu adhuc scripta die 2. Dec. cum in ultimo suo morbo, vel invitum se pictori delineandum praerberet. *Delineatus anno 1770. in leone armis deinde subjecta.*

In Synopsis vitae G. Kol. ab amico nostro sequentia olim de hoc Tomo adnotata reperimus: Haeredes vero ejus praeter alia MSS. possident *Vitam & Gesta Gabrielis Kolinovicii.* ab ipsomet Pagg. 739. conscriptam, quae licet multa domestica, quibus Lector non juratur, contineat, multa tamen etiam memoratu dignissima ob oculos ponit.

His ergo XIII. Voluminibus forma folii accurate ac nitide manu ipsius Autoris scriptis & Gallica compactura vestitis comprehenduntur Opera litteraria Gabrielis Kolinovici, prouti ea post sublatum monasterium Archi-Abbatiae Ord. S. Bened. ad S. Mart. e Monte Pannoniae ad Bibliothecam Publicam Regiae Universitatis Ungaricae Pestinum delatae sunt, nam licet illa nobis per seniores ejusdem Custodem quamdiu necessum erat, saepius diligenter evolventa e secretiore Repositorio omni cum facilitate, quod grato animo profitemur exhibita fuerint, non tamen omnia, quorum notitiam ex ore ipsius Autoris acceptam adhuc memoria inebamus, his modis recensitis XIII. To. comprehendere, facile ac tuto advertimus. Nostrarum itaque partium esse duximus sive amici optimi beatam memoriam qualicumque hoc pietatis officio proficere, sive Lectoribus, quod ex proposito debemus, vota persolvere, & opera reliqua Gabrielis nostri, quorum notitiam, undecunque, certam tamen, haesimus, paucis indicare.

I.

Autor vitæ suæ pag. 73. ad an. 1731. sequen-
tia de operibus a se jam tum perfectis habet:

„ Die 23. Maji (1731.) ultimam manum im-
ponit scriptis suis, & quod 24. prope annis in char-
tas sparsim collegerat, describit. Complectuntur ea
Tomis duobus *Res Ungaricæ* ab anno 1701. ad 1720.
inclusive sic, ut prior cum bello Rakocsianno decem,
nec pauciores cum Turcico alter Tomus annos,
uterque 370. & plura Instrumenta Publica toto, cum
Textu comprehenderet; Tertio horum utriusque Com-
pendium, Quarto *Miscellaneæ quædam, bella quippe
Peloponnesium, Sardonum, Siculum; Iter Transdambian-
um; Ilias Geographiæ; Urbes totius Mundi Metro-
politanae; ac Historia Parlipomæonica ab orbe con-
dito continerentur: omnesque in 321. Phileris, seu
25. Libris 17. Phileris Papyri, uno, quod merito
mirere, calamo descripti existerent, & paginae vel
mediocri 35. lineas numeraret. Quæ tamen uni-
versa die 8. Junii in Castello Csekléfs præsens Jo-
sepho Comiti Eszterhazy Curio per Ungariam Ro-
giæ Magistro Viro Scie.itarum amantissimo, repu-
diata etiam, quæ offerebatur pecuniaria mercede,
in Bibliothecam ejusdem sponte sua resignavit. “*

Locus hic ad notitiam de operibus a Kollia-
vicko in MSS. relictis multum lucis affundit, Ideo-
que integrum adferre voluimus.

Tomo I. & II. horum, quæ hic commemorat
MSS. idem continetur, quod superius ex Tom. I.
Part. I. & Tom. II. recensimus, Commentarios ni-
mirum, & *Factam* eorundem, sed methodo paulo
diversa, nimirum tum adhuc in Tomos duos divisa,
quæ deia Libris XIII. pertractavit, ac Instrumenta
Literaria Publica textu integro narrationi inserta,
quorum postea continuato colligendi studio in duplum
fere aucto numero, semota e textu peculiari, eo-
que sit vasto Volumine, Tomo nimirum II. sub ti-
tulo Fulcri adornavit collectionem *Instrumenta Publi-
ca statuentis plura, annorum quinque ac viginti curis con-*

quisita complexam, cum prius 14. *prope annis in* chartas *statim collecta* Tomus uterque 370. & plura *Instrumenta Publica* comprehenderet. Recte computat; nam si ad an. 1731. in conquisitione 370. Instrumentorum 14. annos insumat, usque ad an. 1742. quo *hucrum* descripsit adhuc 11. anni elapsi sunt quibus 255. Instrumenta obtinuerit, ut adeo, & 25. anni & 625. Instrumenta, uti vel in Titulo Tomi II. attingitur, rite eveniant, luculento indicio studii sequabili tenore continuati.

Compendium Commentariorum hoc loco commemoratum, veluti Tom. III. & quod Tom. IV. contineri refert, inter MSS. ejus domestica dein ad Benedictinos Sancto-Martinenfes, & ab horum sublatione in Bibliothecam Universitatis Regiae translata, quae hic recensuimus nusquam occurrunt, quemadmodum nec reliqua, quae hic serie continua recensuimus.

II.

Acta Comitiorum Posoniensium anni 1741.

Haec quoque nonnullis Exemplaribus *Novae Ungariae Periodi* adnexa, sed inter MSS. Bibliothecae desiderari superius, cum Tom. III. recensuimus, adnotavimus. Si Exemplar *Novae Ung. Periodi cum Actis* pro Franc. Balogh 926. & idem pro Car. Keller *sive Actis* descriptum 576. pagg. continebat, necesse est *acta* sola volumen 340. Pagg. esse.

III.

Iter Transdanubianum Quod Autor Tomo IV. Operum suorum in Bibliothecam Cseklésiensem C. Josephi Esterhazy resignatorum superius ex ejus vita relatis verbis contineri testatur. Rerum Petris- rum studiosissimus amicus nobiscum synopsin vitae Gabr. Kolinovics communicaverat, ubi de hoc opusculo sequentia habentur:

„ Praeterea in MSS. reliquit: *Iter Transdanubianum*. Est Descriptio itineris Transdanubiani quod 1731. 3. Mensis Jan. hieme accerrima susceperat, cuiusve ipse in vitae *suae* Descriptione mentionem se-

cerat. Et illud in Collectione MSS. Bellana, quae
nunc jure emtionis ab illustr. Kollaris possidetur, ¹⁴
Idipsum refert & A. Horanyi in Mem. Hung.

Locus vero, quo hujus suscepti itineris in vitas
suae descriptione mentionem fecerat, ita habet:

" A. C. 1731. aetatis 34. die 3. Jan. Jaurianum
per Insulam Csallókös, Papam, & Arcem Deyevser
Kaptalanfalvam, Istvánd, Kis-Apathi, Badaafond,
Tomai &c. sub dimidium Januarii conscribit, unde
Vafonyium degressus enses, Cassidem, Marmorosam-
que statuam Pauli Kintál instrat. 21. Jan. penetrat
Csaktornyam Oppidum, ubi tam arcem Zrcialam,
Cryptam quoque inspicit. "

IV.

Alexii Lycophylis Illyrici Ideae Militis Christiani.
Ad Calcem: Scribentem haec Lycophylus in majore mea
patria Cossanica ad curiam Varnam apud Croatas.
Anno 1733. mense Majo.

Est vita Samuelis Parkas Rogli Ungarorum Equi-
tum in Legione Emerici Desúty Pro-Tribunal doim
ad *Vitas Bellidarum Ung.* Lib. IV. p. 273. seqq.
inserta.

V.

" In Bibliotheca porro Hungarorum in Acade-
mia ad Albim Audientiam prostat: *Fragmenta Acto-
rum & Gestorum Rakoczianorum Gabrielis Kolinovics.*
In Manuscriptorum *Rotaridesianorum* Th. in fol. N.
4. " Hujus operis notitiam debemus synopsi vitas
ab amico nobis communicatae, cujus & A. Horanyi
in *Memoris Hung.* mentionem facit, nec dubitamus
haec Fragmenta desumpta esse ex *Commentariis &
Fulero.*

VI.

*Gabrielis Kolinovics Senquicentis Bicenium So-
cietati Jesu ter infelix, Libri IV. seu Commentarius*
in Historiam exilii Jesuitarum ex Hispania, & ejus
ditionibus, Sicilia utraque, Parma, Melita, Lotba-
ringia An. 1767. ac 1768. cum novallis priorum exi-

norum & Lusitania, Gallicae Supplementis. Pagg.
201.

CONSPECTUS OPERIS.

„ De exilio Jesuitarum ex Hispania ad annum
1767.

„ Liber I. Instrumenta Litteraria Publica, ex-
hique in illis normam effectui curatissime datam com-
plexus. Pag. 1.

„ De exilio Jesuitarum ex Hispania ad annum
1767.

„ Liber II. Commentarius in exilium Jesuita-
rum variis insignitur casibus, e publicis, privata-
que relationibus congestus. Pag. 38.

„ De exilio Jesuitarum ex utraque Sicilia ad
annum 1767.

„ Liber III. Narratio exilii Neapolitano-Sicu-
li cum Supplementis Lusitano-Gallici, ex eodem
1767. anno addita.

„ De exilio Jesuitarum ex Parma, Melita, Lo-
tharingia ad annum 1768.

„ Liber IV. Recensentur haec exilia, cum quibusdam
praecedentium Supplementis.

„ *Appendix* Miscellanea materiae hujus e scri-
ptis pariter, ac Narrationibus.

Titulum Operis hujus desumimus ex Vita G.
Kolinovics ad a. 1769. d. 18. Jan. ubi refertur con-
tinere in MS. phylar. s. 304 adeoque 201. pagg.
Conspectum Operis cum plane hocce labore occupa-
remur, fortuna in manus detulit in Minuta, ut
dicimus inter nonnullas schedas autographas inspe-
rate repertum, quem voce nulla penitus mutata eo
sine adtulimus, ut operis inter Autoris conatus ul-
timi 72. aetatis anno suscepti oeconomiam exhibe-
remus. Ubi opus ipsum lateat, penitus ignoramus,
inter Autographa Bibliothecae Universitatis, quae
recensuimus omnino non est. Adversaria solum-
modo, sive Collectanea manu itidem Autoris nota-
ta, quae materialia pro hocce opere continent,
cum Exemplari Vita Comitiss Jos. Esterhazy per

Censorem, uti praemisimus tot lituris depravato in loco quodam illustri vidimus omnino, nihil vero usquam elaborati operis. Kolinovics ab adolescentia studiis litterarum sine intermissione deditus nec in senectute ab iis vacare poterat, nec dubitamus eum animi causa grandaevo jam hoc postremum opus suscepisse, suis non minus, quam societatis extremis factis jam imminetibus. Non erat is ex illis, qui caeco praepudicio ducti vel oderant, vel adorabant Jesuitas, quemadmodum tamen Litteraturae laudem illis non detraxerat, ita diligenter notabat, si artium politicarum vestigia usquam in actis eorum sibi deprehendisse videretur, quas saepe falso traducebat, et qui cum pluribus particularibus eorum personis constantem amicitiam, litterarumque commercium fovebat, censoria illorum potestate pessime contentus, acerbe satis litem de Manuscripto suo urgebat. Dum adhuc operis huius labore distineretur, magna fiducia asseverabat societatem universam triennio consistere non posse, verum universam sublaturam iri, an id in opere ipso prodiderit, illius defectu ignorare debemus, sed non vanum fuisse conjectatorem, eventus comprobavit.

Praeter haec, excepta sola *Posthuma memoria* in MSS. adhuc omnia haecenus extantia opera, sunt quidam alii Gabriellis constans Litterarii, textu quidem fore carentes operosa tamen etiam, non minus diligentiae, quam prudentiae, jam typis editi, sed quod ejus opera prodierint, hodie vix ulli exploratum erit, quae gratiae posteritatis causa hic indicabimus.

VII.

Continuatio Chronologiae Ungaricae Abrahami Batsay, usque ad an. 1744. Meminit operis huius in Chronico vitae suae ipse auctor ad an. 1744 d. 14 Jul. pagg. 114. ubi rite discernit ipse vocibus indicatis, a quibus inciperit, ac in quibus terminaverit.

VIII:

Præfatio ad Lectorem in Editionem Ant-Bonfinii sumptibus Jos. Gollneri Bibliopolas Poson. adornatam, in cujus etiam Dedicationse, ipsaque Icone Neo-Nati Principis, dein Caes. Aug. Josephi II. suam præcipuam partem habuerat.

IX.

Index in Ant. Bonfinii rerum Ungar. Decades paulo ante dictas editioni adnexus. Hæc omnia cum ipso Bonfinio ita sunt edita, ut hanc universam editionem illius Kollinovicus adornasse censendus sit, licet & id adnotasse operæ pretium videatur, non omnibus Exemplaribus omnia inserta esse, præsertim, quæ in publica Disputatione distribuebantur. Enarrat hæc ipse tam Chronici vitæ suæ pag. 114. quam in vita sua pag. 115.

X.

Index in Imperatoris Orientis Auctore Francisco Borg. Kéry, cum ipse editus anno 1745. confectus, quod in Chronico vitæ suæ ad h. a. commemorat.

XI.

Index in Apparatum ad Historiam Ungariæ Matthei Belii cum eodem editus anno 1743. die 38. Febr. absolutus, cujus mentionem ipse facit in vita sua ad h. a.

XII.

Dedicatio ad Comitem Jos. Esterházy Horologio Principum Ant. Guevara Jaurini edito præfixa, quam commemorat vitæ suæ p. 351.

An plura insuper diligentissimus Gabriel noster ediderit, aut scripserit saltem, ignotum nobis est, quia suis etiam rationibus abundavit, cur subinde in suis operibus nosci nollit, id certum est, Virum tenuis fortunæ cœvis scriptoribus non raro eruditam pennam commodasse, quod id partim incredibile ad lucubrandum insinandum fecit, partim, ut vel edendi operis Exemplar, quod desideratum vero mercari non posset, emereretur, subinde etiam, ut rebus domesticis aliquid commodi lucraretur.

Si numerum Epistolarum Tomis VIII. IX. X. & XII. ad calculum revocemus, prodeunt Tomo VIII. scriptae 337. Tomo IX. scriptae 618. receptae 303. universam 841. Tomo X. scriptae 670. receptae 179. universam 849. Tomo XII. scriptae 342. receptae 184. universam 526. adeoque in summa extra Tom. VIII. scriptae 1630. receptae 566, universam scriptae, & receptae 2196, quas inter Historicae 895 Litterariae 670. Petitoriae 280. Officiosae 372. Receptorum singulas volumini suo semel, alias duplici exemplari descripsit, uno, quod misit, altero Abi relicto, e quibus haec volumina exceperunt.

CAPUT IV.

TESTIMONIA ERUDITORUM DE GABRIELE KOLINOVICS.

NON erat Gabriel noster obscurus adeo, ut hominibus ignotus esset; vita jam comite non solum inter populares ac in patria, sed inter Eruditos etiam, & apud exteros celebrabatur, quod utique non omnibus Litteratoribus apud nos ante supremum diem obtigit, sed postquam computruerunt, uti arbor, nec nisi debilliter lucere incipiunt, saepe videndum vitio. A popularibus suis magnopere aestimabatur Kolinovics tum propter vitae probitatem, eum & insignem, ac raram in rurali nobilitate eruditionem. saepe ab illis, saepe a vicinis consultus, recti tenax, quod expediabat, respondit semper. Multa ex ejus vita, sensuque in populum promanarunt adagia, luculento argumento, eum in multis pro norma fuisse habitum. Inter Eruditos Lipsiae, Viennae, aliisque in locis, extra patriam etiam habuisse amicos, ex operibus ejus non obscure colli-